CHRONICON
RICARDI DIVISIENSIS
DE REBUS GESTIS
RICARDI PRIMI
REGIS ANGLIÆ.

ROBERT FEW, Esq.

Member's Copy.

CHRONICON
RICARDI DIVISIENSIS
DE REBUS GESTIS
RICARDI PRIMI
REGIS ANGLIÆ.

NUNC PRIMUM TYPIS MANDATUM,

CURANTE

JOSEPHO STEVENSON.



LONDINI:

SUMPTIBUS SOCIETATIS.

M.DCCC.XXXVIII.

LONDON:
PRINTED BY SAMUEL BENTLEY,
Dorset Street, Fleet Street.

ENGLISH HISTORICAL SOCIETY.

MEMBERS.

16th May, 1837.

HIS MAJESTY KING WILLIAM IV.

The Viscount Acheson, M.P.
The Earl of Bandon, D.C.L.
The Duke of Bedford, K.G.
Thomas Wentworth Beaumont, Esq. M.P.
The Viscount Bernard.
The Hon. Henry Boyle Bernard.
The Lord Bexley, F.R.S. F.S.A.
Rev. John S. Brewer, M.A. Queen's College, Oxford.
Captain Arthur Arundel Browne.
Rev. John Browne, D.C.L. Bandon, Ireland.
The Duke of Buccleuch, K.G.
Rev. James Bulwer, M.A.
The Lord Bishop of Chichester.
William Nelson Clarke, Esq. M.A.
Rev. Henry O. Coxe, M.A. British Museum.
James T. Gibson Craig, Esq.
The Hon. Robert Curzon.
The Viscount Dungannon, M.P.
The Earl of Dunmore.
The Lord Bishop of Durham.
The Dean and Chapter of Durham.
Lord Francis Egerton, M.P.
Robert Few, Esq.
Rev. J. Forshall, M.A. F.R.S. F.S.A. British Museum.
Dr. Franck.

Robert Gatty, Esq. F.S.A.

Rev. J. A. Giles, M.A. Head Master of the City of London School.

Rev. William Stephen Gilly, D.D. Prebendary of Durham.

William Grant, Esq.

The Right Hon. Thomas Grenville, Trustee of the British Museum.

The Earl Grey, K.G.

Stacey Grimaldi, Esq. F.S.A.

M. Guizot, Membre de l'Institut Royal de France et de la Chambre des Deputés.

Thomas Duffus Hardy, Esq. F.S.A. Record Office, Tower.

William Hardy, Esq. F.S.A. Duchy of Lancaster Office.

Rev. William Harness, M.A.

Sir George Harrison, K.C.H. Auditor of the Duchy of Lancaster.

Rev. Edward Craven Hawtrey, D.D. Head Master of Eton.

Sir Thomas Buchan Hepburn, of Smeaton, Bart.

John Hepburn, Esq.

James Maitland Hog, Esq. of Newliston.

Thomas Hog, Esq.

John Holmes, Esq. F.S.A. British Museum.

Alexander Beresford Hope, Esq.

Henry Thomas Hope, Esq. M.P.

Henry Philip Hope, Esq.

John Mitchell Kemble, Esq. M.A.

John Langhorne, Esq. Berwick.

The Marquess of Lansdowne, K.G. President of the Council, Trustee of the British Museum.

Rev. John Lingard, D.D.

James Loch, Esq. M.P.

John Loch, Esq. Deputy-Chairman of the East India Company.

William M'Dowall, Esq. Vice-President of the Maitland Club.

John Whitefoord Mackenzie, Esq. Edinburgh.

Rev. S. R. Maitland, Librarian to the Archbishop of Canterbury.

Rev. J. Mendham, M.A. Sutton Coldfield.

John Miller, Esq. Q.C. Stone Buildings, Lincoln's Inn.

M. Monmerqué, Membre de l'Institut de France.

Rev. James Morton, B.D. Vicar of Holbeach, and Prebendary of Lincoln.

John Murray, Esq.

The Marquess of Northampton, F.R.S.

The Lord Nugent, G.C.M.G.

Antonio Panizzi, Esq. LL.D. British Museum.

Sir Thomas Phillipps, Bart. F.R.S. F.S.A.

Robert Pitcairn, Esq. Edinburgh.

Ralph Price, Esq. Treasurer of Bridewell and Bethlehem Hospitals.

Philip Pusey, Esq. M.P.

Rev. James Raine, M.A. Vicar of Meldon, Librarian of Durham Cathedral.

Right Hon. Thomas Spring Rice, M.P. Chancellor of the Exchequer.

Rev. William Upton Richards, B.A. British Museum.

John Richardson, Esq. F.S.A.

The Viscount Sandon, M.P.

The Lord Scarsdale.

Sir Robert Smirke, R.A. F.S.A.

John Smith Ygst. Esq. Secretary of the Maitland Club.

The Duke of Somerset, K.G.

John Spencer Stanhope, Esq. M.A.

Sir George Staunton, Bart.

Joseph Stevenson, Esq.

Patrick Maxwell Stewart, Esq. M.P.

John Shaw Stewart, Esq. Edinburgh.

The Duke of Sutherland.

Clement Tudway Swanston, Esq. Q.C. F.S.A.

The Lord Teignmouth.

Henry Sykes Thornton, Esq.

Rev. Dr. Thorp, Warden of the University of Durham.

Rev. George Townsend, B.D. Prebendary of Durham.

W. B. D. D. Turnbull, Esq. Secretary of the Abbotsford Club.
Edward Tyrrell, Esq. Remembrancer of the City of London.
Patrick Fraser Tytler, Esq. F.S.A.E.
Adam Urquhart, Esq. Edinburgh.
Edward Vernon Utterson, Esq. F.S.A.
The Lord Vernon.
George Vivian, Esq.
Sir Patrick Walker.
Robert Walters, Esq. F.S.A.
James Weale, Esq.
Robert Weddell, Esq. Berwick.
M. Van de Weyer, Minister of the King of the Belgians.
John Wilson, Esq. Tweed House, Berwick.

RICHARD OF CIRENCESTER.

In the year 1757, Mr. Bertram, an Englishman then in the service of the King of Denmark, published at Copenhagen, in a duodecimo volume, along with Gildas and Nennius, a short historical treatise on Great Britain, ascribed to Richard of Cirencester, who was a monk of Westminster. As the date at which Richard is supposed to have lived would, in the order of time, require his work to appear immediately after Gildas, Nennius, and Beda, the Council of the English Historical Society think it right to explain to the Members the grounds upon which they have abstained, at least for the present, from presenting them with this treatise of Richard as a genuine work.

It would appear from Stukeley's account of the work, printed at London in 1757, that the publication took place in the following manner. In June 1747 a letter was received by Stukeley from Charles Julius Bertram, professor of the English language in the Royal Marine Academy at Copenhagen. The letter seems to have been written the year before, but Mr. Bertram till then hesitated about transmitting it.

This letter led to a correspondence between Stukeley and Bertram; and Stukeley says that in its progress "Mr. Bertram mentioned a manuscript, in a "friend's hands, of Richard of Westminster, being a "history of Roman Britain, which he thought a great "curiosity, and an ancient map of the island annexed."

Stukeley says, "I then began to think of the "manuscript, and desired some little extract from it; "then an imitation of the handwriting, which I showed "to my late friend Mr. Casley, keeper in the Cotton "Library, who immediately pronounced it to be four "hundred years old."—pp. 12 and 13.

Stukeley adds, "I pressed Mr. Bertram to get the "manuscript into his hands if possible, which at length "with some difficulty he effected; and on my solicita-"tion sent to me in letters a transcript of the whole, "and at last a copy of a map, he having an excellent "hand in drawing."

This is all which Stukeley, according to his own account, ever knew of the alleged manuscript. The account which Bertram gives of the manuscript in p. 2 of his preface to the printed work, is as follows: "Ordine inter eos primus est Ricardus, qui, licet ipsius "opusculum, quod inter curiosa alia bene multa miro "modo mihi in manus venit, non in omnibus suis abso-"lutum sit numeris, non tamen ad infimam historiarum "mediæ ætatis classem est referendus."

In the work itself the two following passages occur:

"Ex fragmentis quibusdam à Duce quodam Ro-"mano consignatis et posteritati relictis, sequens col-"lectum est itinerarium, ex Ptolemæo et aliunde non-"nullis, ordinem quoque (sed, quod spero, in melius) "mutatum hinc inde deprehendes."—p. 35.

"Veritatem, quoad fieri licuit, sectatus fui. Si quid "occurrat forte, illi non exactè congruum, illud mihi ne "imputetur vitiove vertatur rogo. Me enim ad re-"gulas legesque historiæ solicitè componens, ea bona

" fide collegi aliorum verba et relationes, quæ sincera " maxume deprehendi et fide dignissima !"—p. 55.

The whole history of this alleged work therefore is extraordinary. Richard himself anticipates objections to his work, and apologises for any mistakes he may be found to have committed. This is unusual. The words containing the Roman general's consignment of his fragments to posterity are also remarkable. What is most suspicious of all is, that although it was so little to be expected that an original manuscript relating to English history should fall into the hands of an Englishman at Copenhagen, and though Bertram himself obtained possession of it in a manner which he himself calls marvellous, he has neither told us in what the marvellousness consisted, nor has the manuscript ever been seen by any person but Bertram himself; nor has he told us to whom the manuscript belonged, where it was deposited, or any other circumstance relating to it.

The Council have requested a very intelligent Danish gentleman, who has lately returned from this country to Denmark, to make all the inquiry he can about the manuscript which Bertram is supposed to have copied. From his researches some light may be thrown upon this controverted subject; but as so much doubt still hangs over the authenticity of Richard's work, the Council hope the Members will think them justified in abstaining from giving it a place among the received materials of English history.

London, November 1838.

PREFACE TO RICHARD OF DEVIZES.

---

§ 1. The following pages give an account of the affairs of England from the year 1189 until 1192, and of the exploits of King Richard the First, during that time, in the Holy Land. Richard of Devizes,

Of Richard of Devizes, the author of this Chronicle, nothing is known beyond the incidental allusions to himself which occur in the Prologue to the present work. During his residence at Winchester as a monk of the Priory of St. Swithin, he had formed a close intimacy with Robert the Prior of that house; to whom, after his removal to the Charter-House of Witham,[1] our author paid a short visit, in order, as he quaintly expresses himself, to see how much nearer Heaven was the newly founded establishment of the Charter-House, than was Winchester. The circumstances which attended his visit are obscurely hinted at; but we may infer that, in consequence of some disagreement among those monks by whom he was accompanied thither, it was not of long duration. Upon his return to Winchester he composed the following historical work, which he dedicated to his friend the Prior of Witham, as well for the purpose of weaning his affections from the transitory glories of this life, as of presenting him with a memorial of their mutual friendship. his personal history;

---

[1] The Carthusian monks were introduced into England by King Henry the Second about the year 1181; and a monastery was founded for them at Witham, or, as it was sometimes called, the Charter-House in Selwood, by that monarch. See Dugd. Monast. vi. 1, edit. Ellis.

when he wrote;

§ 2. These facts, taken in connexion with others mentioned in the work, enable us to form some conjecture as to the time when it was written. Robert, Prior of Winchester, was removed from that place to Witham in 1191;[1] consequently this Chronicle was commenced in, or after that year. The tone of the whole composition, and the manner in which King Richard, John Earl of Mortaine, and others are mentioned, lead to the conclusion that it was written before 1199, when John succeeded his brother on the throne of England. It is consequently anterior to the Chronicles of Diceto and Hoveden; and may be considered as one of the earliest and most authentic narratives of the reign of Richard the First.

his merits as a writer.

§ 3. Its merits as an historical document are considerable. It records the original observations of an acute contemporary, who may be presumed to have had good authority for the assertions which he advances. His statements are generally corroborated by other early and independent writers of respectability; and his reflections, although sarcastic, are at least candid, and apparently uninfluenced by party spirit. His style, as an historian, is greatly injured by the parade of classical allusions and quotations in which he pedantically indulges himself;[2] and the speeches which he puts into the mouths of his actors are of more than questionable authenticity. But it may be safely asserted that, viewed either as an historian or as a writer, the publication of his Chronicle forms a valuable addition to our early national literature.

---

[1] See p. 26.

[2] With the exception of the Policraticus of John of Salisbury, the present Chronicle contains the greatest number of classical allusions of any production of the Middle Ages with which the Editor is acquainted.

Manuscript copies.

§ 4. Of this work only two manuscripts are known to exist, both of which have been employed in forming the text of the present edition. These are not only of equal antiquity and authority, being contemporary with the composition of the work, but closely resemble each other in handwriting, size, arrangement,[1] and other minute particulars. There seems reason to believe that the former of these has been transcribed from the latter, or that both have been taken from one common original.[2] The Cottonian Manuscript[3] has been adopted as the groundwork of the present edition; and its errors, by no means numerous, have been corrected by the other copy, which formerly belonged to Archbishop Parker, and is now deposited in the Library of Corpus Christi College, at Cambridge.[4]

General Chronicle ascribed to this author.

§ 5. Besides the work here printed, Bale and Pits, followed by later bibliographers, ascribe to Richard of Devizes a General Chronicle of English affairs, extending from the time of Brute to the reign of Stephen.[5] Having inspected the

---

[1] The arrangement of the text is peculiar. On each manuscript a considerable portion of it is written upon a very wide margin which has been left for the purpose; hence many of the paragraphs do not occur in their proper chronological order, or in their connexion with the context.

[2] The copyist of the Cottonian MS. (see Note at p. 36 of this Edition,) has remarked that there was an erasure in the original from which he copied: and as such an erasure occurs in the copy formerly belonging to Parker, the inference is, that it is the prototype.

[3] Domitian XIII; a volume in small quarto, upon vellum, clearly and elegantly written, and abounding in contractions. Its various readings are marked *C*.

[4] Formerly marked O 13, but now designated CCCXXXIX. Its margins have suff.red by the knife of a careless binder, but the portions of text which have been removed, are supplied by Josceline, Archbishop Parker's Secretary.

[5] A memorandum at the end of this Chronicle (fol. 24, b.) states that there was another copy "usque ad A.D. 1245 apud Thomam Knyght, bibliopolam;" and a note appended to a copy of the Chronicle of Peter de Icham in the Bodleian Library (Laud. 61) refers to a third manuscript.

copy of this work, which is preserved in the Corpus Manuscript CCCXXXIX, the Editor is unable to conjecture upon what grounds it is ascribed to Richard of Devizes, from whose history of Richard the First it differs materially in style and arrangement. The name of the author, who appears to have been a monk of Winchester, had been expressed in a marginal note, now unfortunately mutilated by the binder; what remains shows that the work was dedicated to one Master Adam. An anonymous monk of Winchester, who wrote a history of that see, embodied a considerable portion of this General Chronicle in his "Breviarium Chronicorum,"[1] without affording any information as to its origin.[2]

It only remains for the Editor to express his thanks to the Reverend John Lamb, D.D., Master of Corpus Christi College, Cambridge, for permission to collate the manuscript copy of Richard's Chronicle now deposited in the valuable Library belonging to that College.

---

[1] Printed in Wharton's Angl. Sacr. i. 288.

[2] 'Britannia Major insula est ad septentrionem sita in oceano, circumquaque inaccessibilis nisi navigio. Hæc, olim Albion dicta, a solis inhabitata gigantibus fuit post Diluvium annis mille ducentis; qui, qualiter, et unde illuc venerint, non probatur usque in præsentem diem. In hanc, divino doctus oraculo, devenit quidam Tirannus origine Brutus, filius Silvii, filii Aschanii, filii Æneæ, ducens secum reliquias Tirannorum a Græcorum servitute creptas, cum uxoribus et liberis et tota suppellectile; et deletis gigantibus, primus hominum post gigantes possedit insulam, et ibi habitavit; sociosque suos, qui prius vocabantur Tiranni, de nomine suo nominavit Britones, et insulam appellavit Britanniam.'

The mutilated passage before alluded to as containing the name of the author, is as follows:

. . . agistro Ade, suus de . . .
. . . . . Meo malo miram mu . . .
. . . . temporibus accidit ut etiam
fi . . . . . . placeant sapientibus.

Opposite to this, in the margin, is the date M.cc.j.

PROLOGUS.

§ 1. VENERABILI patri et semper domino ROBERTO, olim priori Wintoniensis ecclesiæ, suus RICARDUS dictus DIVISIENSIS, si bonum est quod inchoavit, in eo perseverare.

Postquam bono omine de nostra Wintoniensi ecclesia Cartusiam profectus es, multum et sæpe desideravi subsequi sic profectum, tecum forte remansurus, certo autem visurus quid ageres, qualiter viveres, quanto cella Cartusiæ celsior sit et cœlo vicinior claustro Wintoniæ. Voluit Deus tandem voto meo satisfacere; veni, et utinam solus venissem. Fui ibi, me tertio, fueruntque qui mecum venerant mihi causa recessus. Meum illis velle displicuit, fervoremque, non dicam errorem, frigere mihi fecerunt. Vidi apud vos quod alibi non videram, quod non credideram, quod minus mirari poteram quam deceret. In qualibet cellarum vestrarum est unum ostium ex instituto, quod vobis aperire licet ad placitum, sed per illud exire non licet, nisi tantum ita ut unus pedum citra limen in cella semper remaneat. Egrediatur

uno pede quo voluerit frater, altero remanente in cella. Magnum et profundum sacramentum debere ostium habere quod pateat, per quod intrare vel exire non liceat. Miror et aliud; omnibus bonis temporalibus abundantes, tanquam nihil habentes et omnia possidentes, omnibus misericordiores hominibus et humaniores, plenissimam ad vos invicem caritatem habentes, caritatis affectum dimidiatis ad advenas, benedicite sine præbenda dantes hospitibus. Miror et tertium; viri viventes vobis extra seculum secreto ac singulariter, omnes res gestas in seculo scitis ut fiunt, et quandoque præscitis antequam fiant. Nec id ad injuriam taciturnitatis vestræ, plusquam Pythagoricæ, me dixisse credideris, cum tantæ gravitatis viros, tam arduæ professionis, præsumere audeam prophetare potius deliramenta mundi quam fabulari.

§ 2. Verumtamen etsi omnia sciens Deus vobiscum sit, ut putatur, et in vobis et in Illo sciatis omnia, non ab homine neque per hominem, voluisti, ut aiebas, ut exercitium meum tibi fieret solatio, quatenus meta novæ morphoseos, quam mundus movit mutans quadrata rotundis, maxime post transmigrationem vestram ad cœlum cellatum, tibi Chronica scriberem, ut mundus tibi, amplius præ oculis habita ejus mobilitate, vilesceret, et amati memoriam nota tibi litera repræsentaret. O me felicem! si sancta illa anima, si angelus Domini, si deificatus homo et jam de numero deorum factus, coram magno Deo mei vix hominis meminisse dignetur. Feci quod petieras,

facito quod promisisti. Et ut libellus alicujus momenti habeat initium, a condicto paulisper altius inchoavi, operisque mihi limes est Œdipodæ confusa domus, quam tamen quia me posse evolvere totam sperare non audeo, posteriorem ejus partem aggredior. Cur, et quomodo, et quando, pater filium coronaverit; quanta et qualia inde pervenerint; qui, et quotiens, et quot terras turbaverint; quo quique fine defecerint, reliqui majora parturientibus: solis meus sermo servit superstitibus.

RICARDUS DIVISIENSIS

DE REBUS GESTIS RICARDI PRIMI.

ANNO DOMINI M.C.LXXXIX.

A.D. 1189.

Richard's coronation.

§ 3. Anno igitur ab incarnatione Domini millesimo centesimo octogesimo nono, Ricardus ex Alienor filius regis Henrici secundi, frater regis Henrici tertii, consecratus est in regem Anglorum a Baldewino archiepiscopo Cantuariæ, apud Westmonasterium, tertio nonas Septembris. [3 Sept.] Eodem coronationis die, circa illam sollemnitatis horam qua Filius immolabatur Patri, incœptum est in civitate Londoniæ immolare Judæos patri suo diabolo; tantaque fuit hujus celebris mora mysterii, ut vix altera die compleri potuerit holocaustum. Æmulatæ sunt aliæ civitates regionis et urbes fidem Londoniensium, et pari devotione suos sanguisugas cum sanguine transmiserunt ad infernos. Aliquid, sed inæqualiter, ea tempestate contra perditos paratum est ubique per regnum, sola tantum suis vermibus pepercit Wintonia, populus prudens et providus ac civitas semper civiliter agens. Nihil unquam egit præpropere, nihil plus metuens quam pœnitere, rerum exitus æstimat ante principia. Noluit indige-

---

NOTES AND VARIOUS READINGS.

6 *Regis Henrici tertii.*] Henry, son of King Henry the Second, is frequently styled Henry the Third in the early Chronicles and contemporaneous State Papers. He died in 1183.

A.D. 1189. riem qua premebatur imparata, periculo sui, per partes violenter evomere, cavitque visceribus, dissimulans interim modeste molestiam, donec opportuno medendi tempore totam liceat sibi morbi materiam simul et semel egerere.

§ 4. Non sine mussitatione multorum et admiratione visus est vespertilio die medio et sereno per Monasterium volitare; easdem inopportune auras et maxime circa solium regis circinans.

§ 5. Willelmus de Longo Campo, qui et ante coronam comitis Pictavorum fuerat cancellarius, comite in regem coronato, quanto regnum potius est comitatu, tanto sensit ministerium suum in melius profecisse.

§ 6. Res accidit ipsa die coronationis in Westmonasterio; res, ut tunc vix ore dimidio dici licuit, nonnullius portenti prænuncia. Ad Completorium, novissimam horam diei, primum signum in ipsa die pulsari contigit, nec aliquo ex conventu, nec ipsis ministris ecclesiæ, nisi post cæsum, id advertentibus; cum Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vesperarum et duarum Missarum sollenne servitium, sine omni signorum pulsatione fuerit celebratum.

Fines levied on Stephen de Marzai,

§ 7. Stephanus de Marzai, senescallus Andegaviæ sub rege nuper defuncto, ille magnus et potens, singulariter ferus et dominus domini sui, captus et conjectus in vincula, Wintoniam usque pertrahitur, ubi spectaculum factus angelis et hominibus, miserabili maceratus inedia, ferri infractus pondere, ad triginta millia librarum monetæ Andegavensis solutionem et quindecim millia librarum promissionem, pro redemtione coac-

---

3 *Modeste.*] Vel physice, added as a gloss in the Cambridge MS.

13 *Sensit.*] Sumsit, *C.*

25 *Stephanus de Marzai.*] Called Stephen de Turonis by Hoveden and Benedictus Abbas.

tus est. Ranulfus de Glanvilla, regni Anglorum rector et regis oculus, vir Stephano non inferior nisi moribus et divitiis, depotestatus et custodiæ traditus, ire saltem sibi liberum et redire redemit quindecim mille libris argenti. Et cum hoc nomen Glanvilla tanti fuisset die præterito, nomen scilicet super omne nomen, ut quisque, cui concessum esset a Domino, loqueretur inter principes et adoraretur a populo, proximo mane non superfuit unus in terra qui vocaretur hoc nomine. Nocuit duobus istis, scilicet Stephano et Radulfo, quod et nocuisse certum est mille prioribus, quod etiam aliis nocere poterit in posterum, suspecta scilicet de prioris domini familiaritate præsumtio.

A.D. 1189. and Ralph de Glanville.

§ 8. Johannes frater regis, qui solus ex filiis matris suæ reginæ Alienor fratri supererat, præter comitatum de Moretonio, quem dono patris pridem perceperat, in tantum a fratre ditatus est et dilatatus in Anglia, quod et privatim et publice prædicabatur a pluribus regem de reditu in regnum non cogitare, quem frater jam eo non impotentior, si innatos sibi mores non reprimat, audebit actus dominandi libidine repulsum exturbare de regno.

§ 9. Regem Ricardum agendæ suæ peregrinationis tempus urgebat, cum nollet novissimus in profectione fieri, qui in susceptione crucis om-

Richard raises funds for the Crusade;

---

19 *A fratre ditatus est.*] Independently of the possessions in Ireland and the earldom of Mortain in Normandy, with which he had been endowed by the liberality of his father, John was possessed of about one-third of the kingdom of England. The counties of Cornwall, Dorset, Somerset, Nottingham, Derby, Lancaster, and Devonshire, the honors of Wallingford, Tykhull, and Eye, the castles of Pec, Bolsover, Lutgarshale, and Marlborough, with their appendages, were bestowed upon him by Richard; and his marriage with the daughter and heiress of the late earl of Gloucester brought him the immense possessions of that family.

A.D. 1189. nium Cisalpinorum principum primus exstiterat. Rex regis nomine dignus, qui primo regni sui anno regnum Angliæ pro Christo non secus fere reliquit quam si non rediturus abiret. Tanta fuit viri devotio, tam subito, tam cito et celeriter ad ulciscendas Christi cucurrit, immo volavit, injurias. Regni tamen consilio aliquantulum, dum res major in mente patiebatur, indulgens, accepta a summo Pontifice potestate, ut cuicunque vellet de suis crucem detraheret, suæ reipublicæ ratione regendæ, Hugonem de Pusac, episcopum Dunelmi, in primis toti regno præfecit Justitiarcham et serio, ut putabatur a pluribus; novum insuper de veterano episcopo creans comitem Norhumbriæ, exposita sibi quot voluit castrorum custodia, decem millia libras argenti de scriniis ejus diligenter extraxit. Gaufrido filio Petri et Willelmo Briwere et Hugone Bardulfi, detracta sibi cruce, domi sedere permissis, regis ærarius totas trium collectas tres illas nuces transfudit in fiscum. Omnes vicecomites regni levi accusatione regis merentes offensam, malefica potestate privati, vix inæstimabili mediante pecunia, faciem ejus videre permissi sunt. Ranulfus de Glanwilla, quo nullus fuerat suo tempore disertior dum præpotuit, privatus jam factus ex principe, in tantum hebuit præ dolore, ut gener ejus Radulfus de Ardenna ejusdem oris ratione deperderet quicquid oris ejus judicio fuerat consecutus. Is etiam, quia vetulus erat impatiensque laboris, si illud aliquid quod, fini facto, supererat, regi dare voluisset in benedictionem, remitti sibi difficultatem peregrinationis facile meruisset. De regulis Walensium et

---

[1] *Primus exstiterat.*] This statement is supported by Vinesauf, ch. xvii, Diceto and Gervase of Canterbury ad an. 1187, and Neubr. iv. 5.

Scottorum rex cautionem recepit quod, dum peregrinaretur, ad læsionem Angliæ, terminos suos non excederent. A.D.1189.

Consecrates bishops.

§ 10. Godefridus filius memorandi Ricardi illius de Luci, Ricardus Thesaurarius, Hubertus Walteri, Willelmus de Longo Campo, quatuor viri non minimæ virtutis aut laudis ultimæ, ad quatuor vacantes sedes, scilicet, Wintoniensem, Londoniensem, Saresbiriensem, Eliensem, electi sunt apud Pippewelle; singuli satis canonice, et maxime Wintoniensis, qui primus, hoc est decimo septimo kalendas Octobris [Sept. 15] nomen initiatorium dignitatis obtinuit, cum trium electio dilata fuerit in crastinum, consentiente rege et confirmante archiepiscopo quod factum fuerat, quamvis in primis aliquid aliter maluisset. Circa quod mirum accidit, ut is ipsa die fato fungeretur qui, agente archiepiscopo, ad unam sedium fuerat nominatus. Willelmus Eliensis electus, datis tribus millibus libris argenti, sigillum regis sibi retinuit, licet Reginaldus Italus quartum millerium superobtulerit. Wintoniensis et Saresbiriensis electi consecrati sunt a Baldewino, archiepiscopo Cantuariæ, apud Westmonasterium, undecimo kalendas Novembris [Oct. 22]. Ipso die Hugo de Nonante, episcopus Coventrensis, querelam deposuit coram archipræsule et episcopis ad ordinationem electorum convocatis, super monachis suis de Coventre, quod manus in eum violentas injecerant, et sanguinem suum fuderant coram altari. Maximam etiam partem congregationis ante querelam expulerat de ecclesia, nec ab improbitate quievit donec omnium episcoporum

---

28 *Super monachis suis de Coventre.*] The cause and result of these proceedings may be seen in Dugd. Monast. iii. 179.

A.D. 1189. apices ad summum Pontificem in attestationes contra monachos impetravit.

Richard raises money.

§ 11. Godefridus, Wintoniensis episcopus, suæ memor professionis, sublatas ecclesiæ suæ possessiones revocare contendens, cum in duobus maneriis suis, scilicet, Meones et Weregrava, contra Wintoniæ ecclesiam nemo jus reclamationis haberet, recepit ea ordine judiciario, datis regi secretius tribus millibus librarum argenti. Nec oblitus est vir circumspectus pro thesauri ecclesiæ indemnitate, pro patrimonio suo, pro comitatu Hamtesire, pro custodia castrorum Wintoniæ et Porecestriæ, una manu cum rege finem facere. Et quia reddendæ tantæ pecuniæ tempus instabat, cum diem fixum solutioni sine totius actionis detrimento transgredi non valeret, et vicinius sub cœlo subsidium non invenisset, in thesaurum ecclesiæ suæ manum misit invitus; ad quod etiam restituendum se et posteros suos obligavit, cavens conventui cyrographi sigillati testimonio. Homo tantæ benignitatis et modestiæ, qui nec iratus unquam aliquid in subditos egerit quod non redoleret mansuetudinem. Vere de familia illius et unus ex familiaribus, de quo dicitur, sub quo vivere regnare est.

§ 12. Omnes, quibus pecunia sua fuit oneri, rex officiosissime exoneravit, traditis cuilibet ad placitum potestatibus et possessionibus quas eligebant; unde et quandoque sibi familiarius assistentibus alludens, in hoc prorupit eludium, 'Si invenissem emtorem vendidissem Londoniam.' Poterant hoc verbo, nisi tardius evolasset, plurimi præmuniri, ne juxta proverbium Anglicum sic sapiens disceret mercator fieri, 'emere pro duodecim, et pro uno et semis vendere.'

---

8 *Recepit ea.*] Recepit eam, *MS. C.*

28 *Quas eligebant.*] Quas eligebat, *MS. C.*

ANNO DOMINI M.C.XC.

§ 13. ANNO ab incarnatione Domini millesimo centesimo nonagesimo, rex transfretavit in Neustriam, totius regni cura Cancellario delegata. A.D. 1190.

Ricardus Londonensis et Willelmus Eliensis electi consecrati sunt a Baldewino archiepiscopo, apud Westmonasterium, secundo kalendas Januarii [Dec. 31, 1189]. Willelmus de Magna Villa, comes de Alba Mara, apud Gisortium, in majore hemitritæo maniam passus, defunctus est. Cujus relictam, feminam fere virum, cui nihil virile defuit præter virilia, Willelmus de Fortibus, miles millies probatus in armis, cum omni honore prioris mariti, dono regis Ricardi recepit in conjugem.

Proceedings of the Chancellor.

§ 14. Willelmus Eliensis episcopus et regis Cancellarius, alter naturaliter Jacob, licet non luctasset cum angelo, persona spectabilis, brevitatem corporis animo recompensans, de domini sui securus amore et de voluntate præsumens, quia omnis potestas impatiens consortis fuit, est, et erit, Hugonem de Pusac de scaccario propulit; et solo sibi gladio, quo manu regis in militem fuerat accinctus, vix relicto, modico tempore habito comitatus honore privavit. Et ne solus suam Dunelmensis doleret injuriam, cum nulli parceret omni jam bellua tetrior, etiam in Wintoniensem pestis impegit. Subtrahitur illi custodia castrorum et comitatus, nec etiam de proprio permittitur gaudere patrimonio. Turbatur regnum, regemque de inconstantia criminantur offensi. Transfretatur ab omnibus ad regem interpellan-

---

[4] *Transfretavit.*] He sailed from Dover for Calais upon 12th December 1189; and passed his Christmas at Burun, in Normandy.

A.D. 1190. dum contra tyrannum, sed primus ille omnium mare transvectus totius actionis suæ et exactionis seriem coram rege brevibus commentatus est; a quo et de omnibus agendis instructus plenissime, adversa æmulorum pro voto vota præpediens, prius erat in reditu quam qui illum impetebant copiam regis habuissent. Regreditur igitur ad Anglos non minus potenter et prospere quam qui omnia quæcunque voluit fecit. Regem reversum a Vasconia, ubi latrunculos armis dejecerat, sublatis sibi quas occupaverant munitionibus, convenerunt quos Cancellarius læserat, qui singulis ut cuique tunc videbatur satisfaciens, cum qualibus tunc volebant literis remisit omnes ad Cancellarium. Johannes Norwicensis episcopus, et ipse unus ex Salahadino minantibus, ad profectionem et causam munitus plenissime, dum iter ageret in Burgundiæ finibus incidit in latrones, qui et ei omne viaticum sustulerunt; qui, cui nihil supererat facultatis unde procederet, vertit viam versus summum Pontificem, cumque ei sua insinuatione casum esset illacrimatus et inopiam, clementia eum summæ sedis absolutum a voto remisit ad propria.

The Chancellor seizes the bishop of Durham;

§ 15. Wintoniensis episcopus gravi tactus incommodo trans mare substitit aliquandiu. Dunelmensis festinus pertendit Londonias, sed a baronibus Scaccarii non receptus, festinus præcipitat iter, quasi triumphaturus post Cancellarium, qui tunc temporis in expeditionem profectus erat versus Lincolniam. Quem consecutus salutavit ex parte regis, non simpliciter nec sine ruga, convenitque eum mox cum supercilio de negotiis reipublicæ; ac si sine nutu suo quicquid fieri non liceret. Projecit ampullas et sesquipedalia verba, et dum nimis gloriatus est in non dum potestate recepta, quicquid tacuisse debuerat

nescius cum quo loquebatur effudit. In fine verborum clava profertur verba determinans, sacra regis reverenda nimis recitanda monstratur. Parturiunt montes, nascitur ridiculus mus. Jussum est ad regis mandatum summum fieri silentium ; conticuere omnes intentique ora tenebant. Epistola legitur in publico, quæ plus metuenda foret si nondum lecta fuisset ; ad audita callidus ille dolum dissimulare peritus distulit in diem septimum respondere, locum colloquii statuens apud Tikehelle. Die nominato Dunelmensis venit ad castrum, suisque jussis præ foribus præstolari, satis solus ingreditur ad Cancellarium ; qui prius tacuerat prior loquitur, cogitque deceptum posterius impetratas prioribus contra quicquid speraverat literas proprio ore recitare. Respondere paranti subjecit, 'Pridie, te loquente, fuit mihi tempus tacendi, nunc ut sentias quia, te tacente, loquendi tempus accepi ; vivit dominus meus rex, non egredieris hinc donec de reddendis mihi castris omnibus quæ tenes dederis obsides, quoniam ego te capio non præsul præsulem, sed Cancellarius Cancellarium.' Non fuit circumvento constantia resistendi nec facultas ; traduntur obsides, et, dato termino, castra redduntur ad obsidum solutionem. Willelmus Wigorniæ episcopus, qui Baldewino proximus successerat, viam universæ carnis ingressus est. A.D. 1190.

§ 16. Dominus Wintoniensis, demum convalescens in Neustria, volens et ipse sibi sublata recipere, omni qua potuit celeritate regressus invenit Cancellarium obsidentem castrum Gloecestriæ. Cujus adventu cognito, Cancellarius progreditur obvius venienti, complexoque arctius et deosculato, ait, 'Optato advenisti, carissime ! obsidioni instan- Besieges Gloucester castle ;

---

23 *Cancellarius Cancellarium.*] Cancellarius castellanum, *MS. P.*

A.D. 1190. dum est, an desistendum?' Cui episcopus, 'Si pacem desideras, arma repone.' Intellexit acer ille ingenio vim verborum, jussitque præcones clamare receptui; episcopo etiam patrimonium suum, illud tantum, sine lite restituit. Reliqui omnes, qui contra Cancellarium transfretaverant, minus profecerunt quam nihilum. Willelmus, apostolicæ sedis Legatus, concilium tenuit apud Westmonasterium, in quo ne nil ageretur quod de se prædicaretur in posterum, omnem religionem de Coventrensi ecclesia eliminandam et clericos præbendarios loco monachorum præjudicavit substituendos.

Appointed Papal Legate.

§ 17. Willelmus, mirabilis Eliensis episcopus, Cancellarius regis, regni Justiciarius, trinomius ille et triceps, ut utraque manu uteretur pro dextra, et gladius Petri gladio subveniret imperatoris, legationem suscepit totius Angliæ, Scotiæ, Walliæ, et Hiberniæ, obtentam a summo pontifice, regis non aliter profecturi instantia, per Reginaldum episcopum Batoniæ. Universa ergo qua voluit sorte beatus, ibat per regnum et revertebatur in similitudinem fulguris coruscantis.

Rex Erebi, vetustissimus ille pyracmon inter ecclesiam Saresbiriæ et monasterium Malmesbiriæ, admoto recenti fomite, scintillam veterem redivivos commovit in ignes. Suscitatur abbas, non jam de professione pontifici facienda, sed de ipso nomine pastoris ponendo simul et baculo. Impetratæ sunt literæ regis ad Cancellarium, quibus abbas ad postulationes episcopi respondere cogeretur in jure. Nec sui oblitus est homo cujus res agitur, quem nullum unquam improvisum

---

14 *Willelmus, mirabilis Eliensis episcopus.*] Concerning the profligate character of this prelate, see the testimony of a contemporary, Giraldus Cambrensis, de vita Gaufridi Archiep. Ebor. ii. 19.

potuit invenire periculum, qui nihil novit perdere propter ignaviam. Clavum clavo repulit, literis alias infirmantibus a rege donatus. Cancellarius pudenda mandatorum principis contrarietate perspecta, ne fama regis facto læderetur si in causa procederet, integram utriusque partis in regis reditum distulit actionem. A.D. 1190.

§ 18. Rex Ricardus sacramentum exegit a duobus fratribus suis, Johanne uterino et Gaufrido non ex legitima, quod Angliam non intrarent infra triennium peregrinationis suæ, a die profectionis a Turonis triennio computato; ita tamen dispensans matris precibus circa Johannem ut in Angliam per Cancellarium transiens staret ejus judicio, et ad placitum illius vel moraretur in regno vel exularet.

Dotarium reginæ Alienor per totas terras regis recognitum est jurejurando et sibi traditum, ut quæ prius de fisco vixerat deinceps viveret de proprio.

Classis regis de propriis mota littoribus Hispaniam circuit, et de oceano per arcta Africæ Mediterraneum mare, quod ulterius Græcum dicitur, ingressa, ad Massiliam, regem ibi præstolatura, perducitur.

Rex Franciæ et rex Angliæ, habito consilio apud Turonis et rursus apud Viceliacum, confirmato inter sese et regna sua fœdere, omnibus hinc inde rebus dispositis ad libitum et ordinatis, diversis exercitibus ad invicem digrediuntur;

---

9 *Johanne uterino.*] Giraldus states that John actually made oath to this effect, and afterwards boasted to that writer that he had been absolved by the Chancellor from his promise. De Rebus a se Gestis, ii. 23.

9 *Gaufrido non ex legitima.*] Geoffrey unwillingly accepted consecration, as it prevented him from claiming the throne of England, which he intended to have done, had Richard not returned from the Holy Land; of this Richard was aware. Vita Gaufr. Archiep. Ebor. i. 6.

A.D. 1190. Francus mare nauseans per terram tendit Siciliam, Anglus iturus per aquam venit contra naves suas Massiliam. Baldewinus archiepiscopus Cantuariæ et Hubertus Walteri episcopus Saresbiriæ, soli ex mitratis totius Angliæ voti compotes, regem sequuntur in Siciliam et præveniunt in terram Juda.

§19. Monachi Cluniacenses non consueverunt de prioratibus et magistratibus suis prece vel pretio se invicem supplantare, et tamen aliquis eorum aliquando aliquid attemtavit ejusmodi, quod et digna vidimus animadversione punitum. Erat quidam vir venerabilis prior Montis Acuti totus ex virtutibus factus, Jocelinus nomine, in quo nihil nisi commendabile cerneres. Ad hunc talem supplantandum venit quidam, cujus non opus est dicere nomen, unus ex suis falsis fratribus, cum literis abbatis Cluniacensis qua poterat arte quæsitis, quibus jubebatur ut prior præsentium latori cederet, et congregatio eum susciperet in prælatum. Prænovit prior per aliquem quid mercis negotiator quærere venerat, unde, non exspectato mandato, sedem vacuavit in capitulo, præsente conventu, et ait illi, 'Amice, ad quod venisti?' Diu ille moratus, ut quod rapere venerat recipere videretur invitus; demum se recepit in sedem, et continuo sibi imprecatus est, dicens, 'O, qui perpetua mundum ratione gubernas, cujus in humanis ludit potentia rebus, qui deponis potentes et exaltas humiles, juste judex Jesu Christe, si injuste isthic præsideo cito et manifeste digneris ostendere.' Videte miraculum. Ipsa die loquelam perdidit, altera vitam, tertia terræ traditus experimento didicit et exemplo

[3] *Massiliam.*] Richard left Marseilles upon 7th August 1190, reached Genoa upon the 13th, upon the 28th arrived at Naples, and landed at Messina upon September 23rd.

docuit quod non habet eventus sordida præda bonos. A.D. 1190.

Monachus quidam de Glastonia multis muneribus Johannem comitem spe promotionis coluit; sed dum venire debebat ad capere, tigno quodam casu subito sibi in faciem lapso, detritus et omnino factus mutilus, ova simul et obolum perdidit.

Description of Richard's fleet.

§ 20. Naves, quas rex in litore jam præsto invenit erant numero centum, et buceæ quatuordecim, vasa magnæ capacitatis et miræ agilitatis, vasa fortia et integerrima, quorum ornatus et ordinatus hic erat. Prima navium tria gubernacula vacantia habuit, tredecim ancoras, triginta remos, duo vela, funes omnium generum triplices; et præter ista, quibuscunque navis egere potest, dupla, præter malum et scapham. Ascribitur navis regimini rector unus doctissimus, et quatuordecim ei vernulæ electi in ministerium supputantur. Oneratur navis quadraginta equis de pretio exercitatis ad arma, et omni armorum genere totidem equitum, et quadraginta peditum, et quindecim navigantium, et victualibus per annum integrum tot hominum et equorum. Una erat omnium navium dispositio; singulæ vero bucearum ordinatus et oneris duplum receperunt. Thesaurus regis, qui erat magnus nimis et inæstimabilis, divisus est per naves et buceas, ut si pars una sentiret periculum, reliqua salvaretur. Quibus ita dispositis, rex ipse cum familia parva et majores exercitus cum sibi famulantibus, relicto litore, præcedunt classem in galeis, et per civitates maritimas dietim hospitantes, assumtis secum majoribus maris illius navibus ac buceis, prospere Messanam applicuerunt. Tanta erat applicantium gloria, talis fragor et fulgor armorum, tantus tubarum strepitus et lituorum, quod intremuit civitas et expavit, venitque contra regem

He arrives at Messina, Sept. 23.

A.D. 1190. omnis ætas, populus sine numero, mirantes et prædicantes quanto rex iste gloriosius et terribilius applicuerat rege Franciæ, qui eum cum copiis suis prævenerat die septimo. Metatusque est rex Angliæ castra extra civitatem, quoniam rex Franciæ receptus jam fuerat in palatium Tancredi regis Siciliæ intra muros. Ipso die rex Franciæ, cognito sodalis sui et fratris adventu, volat in ejus occursum, nec potuit inter amplexus et oscula gesticulatio satis exprimere quantum eorum uterque gauderet ex altero. Reficiuntur exercitus mutuis applausibus et colloquiis, non aliter quam si tot millibus hominum esset cor unum et anima una. In deliciis talibus exspenditur dies feriatus in vesperum, et regibus lassatis, non dum satiatis, digredientibus, singuli suas revertuntur in partes. Rex Angliæ mox die crastino erigi fecit patibula extra castra, ad suspendendos in eis latrunculos et prædones. Non parcebant judices delegati sexui vel ætati, parque fuit advenæ et indigenæ rei lex et supplicium. Rex Franciæ quicquid sui peccarent vel peccaretur in suos, dissimulavit et tacuit; rex Angliæ, pro indifferenti habens cujates crimen involveret, omnem hominem suum reputans, nihil injuriarum reliquit inultum; unde et unus dictus est Agnus a Griffonibus, alter Leonis nomen accepit.

His proceedings there;

He is insulted by Tancred,

§ 21. Rex Angliæ misit legatos suos ad regem Siciliæ, exigens Johannam sororem suam reginam quondam Siciliæ, et dotarium ejus, cum cathedra aurea, et totum legatum Willelmi regis, quod legaverat Henrico regi patri suo, scilicet,

---

4 *Die septimo.*] Upon Sept. 16. Richard arrived Sept. 23.

31 *Legatum Willelmi regis.*] Johanna, daughter of Henry the Second, king of England, married William the Second, king of Sicily; upon whose death without issue, 16 November 1189, the crown passed to Tancred, son of Roger duke of Apulia, and grandson of Roger the Second, king of Sicily, who died in the year 1154.

mensam auream duodecim pedum in longum, tentorium sericum, centum galeas optimas cum omnibus sibi ad duos annos necessariis, sexaginta millia silinas de frumento, sexaginta millia de ordeo, sexaginta millia de vino, viginti et quatuor cuppas aureas, et viginti et quatuor discos aureos. Rex Siciliæ, mandata regis Anglorum parvo ponderans et de exigentiis minus cogitans, sororem remisit illi cum thalami ejus simplice suppellectili, datis tamen illi dignatione regia mille millibus Terrinorum ad exspensas. Sequenti die tertio, rex Angliæ, transmisso flumine magno del Far, quod a Sicilia Calabriam separat, armatus venit Calabriam, et cepit in ea oppidum munitissimum quod dicitur la Banniere, ejectisque Griffonibus, posuit ibi sororem suam, et locum milite munivit armato. Rursus rex cepit castellum fortissimum quod dicitur Monasterium Griffonum, in ipso flumine del Far, situm inter la Banniere et Messanam, captumque firmavit; confectosque sine miseratione calamitatibus variis Griffones, qui restiterant, suis fieri fecit ludibrio. Wido rex Hierosolymorum mandavit Philippo regi Francorum et Ricardo regi Anglorum, hiemantibus in Sicilia, quod residui Christianorum, qui ante Acras excubabant, propter sui impotentiam et paganorum violentiam, nisi subveniatur celerius, aut fugere haberent, aut occumbere. Ad quorum præsidium reges præmiserunt Henricum comitem Campaniæ, et Baldewinum archiepiscopum Cantuariæ, et Hubertum episcopum Saresburiæ, et Ranulfum de Glanvilla, cum exercitu valido; ex quibus Baldewinus archiepiscopus et Ranulfus de Glanvilla A.D. 1190.

11 *Die tertio.*] Namely, upon Sept. 30.

15 *Ejectisque Griffonibus.*] The term Griffones included the Greek population, wherever settled, whether in Apulia, Sicily, Crete, or elsewhere; it appears to have been a name of contempt invented by the Francs.

A.D. 1190. obierunt in obsidione civitatis, quam Latini Acras, Judæi Accaron dicunt, dum adhuc reges in Sicilia morarentur.

and the Greek inhabitants of Sicily:

§ 22. Griffones ante regis Ricardi adventum in Siciliam omnibus regionis illius potentibus fortiores, cum et Ultramontanos semper oderint, novis jam irritati casibus amplius incanduerunt, universisque, qui regem Franciæ dominum fatebantur, pace servata, tota injuriarum de rege Anglorum et caudatis suis ultio quæritur; Græculi enim et Siculi omnes hunc regem sequentes Anglos et caudatos nominabant. Denegatur igitur Anglis ex edicto omnis terræ negotiatio, cæduntur diebus et noctibus per quadragenos et quinquagenos, ubicunque reperiuntur inermes. Cædes multiplicatur in dies, eoque usque meditatum est in insania procedere, donec singulos aut funderent, aut fugarent. Hisce tumultibus excitatus rex Angliæ, leo ille teterrimus, horrendum rugiit, iras tanto pectore dignas concipiens. Perterruit ejus amicissimos furor insanientis, curia conterritur, sedent circa solium nominati principes exercitus, quilibet in ordine suo, foretque facillimum legere præsidentis in vultu quicquid tacitus mente tractabat, si quis in ejus faciem oculos auderet attollere. Post diutinum summumque silentium, rex indignantia talibus ora resolvit.

His speech;

§ 23. 'O mei milites! O regni mei robora et corona! vos mille mecum pericula passi, vos, qui viribus tot mihi tyrannos domuistis et civitates,

---

12 *Caudatos.*] It was a standing jest against the English, even as late as the reign of Edward the Third, to accuse them of having tails; which probably had its origin in the legend where Augustine is described as thus punishing the men of Kent. See Fordun, iii. 33.

30 *Vos mille mecum pericula passi.*] In the Cambridge MS. the words 'in Aquitania,' are added as a gloss.

videtis quod vulgus ignavum jam nobis insultat? Expugnabimus nos Turcos et Arabes, erimus nos terrori gentibus invictissimis, faciet nobis viam dextra nostra usque ad terræ terminos post crucem Christi, restituemus nos regnum Israel, qui vilibus et effeminatis Griffonibus terga dederimus? Nos hic in patriæ nostræ devicti confinio tendemus ulterius, ut ex Anglorum inertia in finibus orbis fabula fiat? Estne, mei, mihi justa satis nova causa doloris? Videre quidem me videor vos ex deliberatione viribus parcere, ut olim cum Salahadino forte fortius confligatis. Ego dominus et rex vester vos diligo, ego de decore vestro solicitor, ego dico vobis, ego prædico frequentius, si modo sic abeatis inulti, præcedet vos et comitabitur hujus vilis fama diffugii. Erigentur contra vos anus et parvuli, singulisque hostium in fugitivos vires duplices audacia ministrabit. Scio quem invitum qui servat idem facit occidenti; neminem rex retinebit invitum, nolo cuiquam vestrum mecum morandi vim facere, ne pavor unius in certamine confidentiam frangat alterius. Quisque sequetur quod elegerit, sed ego aut hic moriar, aut meas communes vobis ulciscar injurias. Si vivus hinc iero, non videbit me Salahadinus nisi victorem; vos fugietis, et me regem vestrum relictum opponetis solum discrimini.' A.D. 1190.

§ 24. Rex orationem vix bene finierat et infremuerunt omnes viri fortes et virtutis, eo turbati tantummodo quod dominus suus de suis videbatur diffidere. Promittunt se ex animo ad quicquid præceperit parituros, montes et muros æreos penetrare parati. Ponat supercilium: tota sibi, si jusserit, sudore suo Sicilia subjicietur; totus, si voluerit, usque ad Columnas Herculis, ibit in sanguine. Substitit ut clamor pressus gravitate regentis, 'Placet,' inquit, 'quod audio, reficitis Its effect. His plans against Messina

A.D. 1190. viscera mea, qui pudorem vestram propulsare paratis. Et, quia semper nocuit differre paratis, mora tollenda est, ut sit subitum quodcumque paramus. Messana mihi capietur in primis, Griffones aut se redimant, aut vendantur. Si rex Tancredus de dotario sororis meæ et legato Willelmi regis, quod me pro patre contingit, celerius non satisfecerit, post depopulationem regni sui singula reddere compelletur in quadruplum. Occupantis erit quicquid cuique venietur in præda, soli domino meo regi Francorum, qui in civitate quiescit, et omnibus suis, servetur summa tranquillitas. Expediantur infra biduum ad duo millia equitum ex universo exercitu electorum, qui non habeant corda in caligis, et mille pedites sagittarii. Sit lex servata sine remedio: pedes, pleno pede fugiens, pedem perdat; miles privetur cingulo. Militari disciplina discreto ordine singuli disponantur in acies, et die tertio ad clangorem buccinæ me primum et prævium sequantur ad civitatem.' Cum summis applausibus solvitur concio; rex, vultus rigore remisso, visus est voluntati eorum ipsa oris serenitate gratias agere.

delayed by an embassy.

§ 25. Mirum intercidit ut causam regis nec hostis ejus causari posset injustam. Die tertio [Oct. 4] quo producendus erat exercitus, summo mane, Ricardus archiepiscopus Messanæ, archiepiscopus de Monte Regali, archiepiscopus de Risa, Margaritus Admiralis, Jordanus de Pin, et plures alii de familiaribus Tancredi regis, assumtis secum Philippo rege Francorum, episcopo Carnoti, duce Burgundiæ, comitibus de Neverso et de Pertico, et multis sequacibus regis Franciæ, item, Rothomagensi et Auxiensi archiepiscopis, Ebroicensi et

28 *Margaritus Admiralis.*] In both copies it is incorrectly written 'Admirabilis;' the alteration has been made upon a comparison with Benedictus Abbas and Hoveden, ad ann.

Bairnocencensi episcopis, et omnibus qui quicquam posse putabantur ex Anglis, venerunt reverenter ad regem Angliæ, ut sibi de omnibus querelis ad libitum suum facerent satisfieri. Rex diu multumque rogatus ad tantorum virorum instantiam flectitur, et super ipsos precatores pacis ponit judicium. Pensent quanti sit quod pertulerit, et provideant ne minus ponderet pacata quam peccatum. Satis erit sibi quicquid sufficere deliberatio communis debere decreverit, si tamen ab ejusdem horæ momento nemo Griffonum in suos manus mittat. Multum mirati sunt magis quam lætati ad insperatæ responsa mansuetudinis qui advenerant, quod novissimo illi proposuerat ponentes in manum, de reliquo tractaturi seorsum consederunt, a conspectu regis remoti. A.D. 1190.

§ 26. Regis exercitus prædictum pridie taxatus in numerum cum gravi taciturnitate præstolabatur in armis extra castra preconem, ab orto jam sole, et formatores pacis morosius agentes in horam plene tertiam diem protraxerant, cum ecce! subito et ex improviso clamatur audita nimis voce præ foribus, 'Arma, arma, viri! Hugo Brunus captus cæditur a Griffonibus, quicquid habet diripitur, et homines ejus occiduntur.' Confudit clamor pacis infractæ de pace tractantes, et rex Franciæ talem prorupit in vocem, 'Perpendo quod Deus odit hos homines et induravit cor eorum, ut cadant in manus cruciatoris;' reversusque celeriter cum omnibus, qui secum fuerant, in regis papilionem, invenit eum jam ferro se vestientem, cui brevibus infit, 'Testis ero coram omnibus hominibus quicquid acciderit, quod inculpabilis eris, si amodo contra maledictos Griffones arma portaveris.' Dixerat et discedit, sequuntur eum qui secum venerant, et recipiuntur pariter in civitatem. Rex Angliæ procedit armatus, vexil- Messina besieged by Richard,

A.D. 1190. lum draconis terribile præfertur expansum, clangor tubæ post regem movet exercitum. Refulsit sol in clipeos aureos et resplenduerunt montes ab eis ; ibant caute et ordinate, et sine ludo res agebatur. Griffones, e diverso, clausis januis civitatis, armati stabant ad propugnacula murorum et turrium nihil adhuc metuentes, et ejaculabantur incessanter in hostes. Rex, qui nihil melius novit quam expugnare civitates et evertere castra, permisit primo pharetras eorum evacuari, et sic demum per suos sagittarios, qui præibant exercitum, primum fecit insultum. Sagittarum imbre cœlum tegitur, protensos per propugnacula clipeos mille tela transfodiunt, nihil contra pilorum impetum poterat salvare rebelles. Relinquuntur muri sine custodia, quia nullus potuit foris prospicere quin in ictu oculi sagittam haberet in oculo.

and captured.

§ 27. Accedit interim rex cum milite suo sine repulsa libere acsi licenter ad januas civitatis, quas, admoto ariete, dicto citius contrivit, et, inducto exercitu, omnia cepit munita urbis usque ad palatium Tancredi et hospitia Francorum circa sui regis hospitium, quibus pepercit ob reverentiam domini sui regis. Ponuntur vexilla victorum super turres civitatis in gyrum, et deditas munitiones singulas singulis tradidit ex principibus exercitus, et hospitari fecit magnates suos in civitate. Suscepit obsides filios omnium nobilium civitatis et provinciæ, ut aut redimantur ad regis æstimationem, aut reliqua pars civitatis illi sine Marte reddatur, et a rege suo Tancredo de exigentiis suis sibi satisfaciat. Hora diei quinta oppugnare cœperit urbem, et cepit eam hora decima ; et, revocato exercitu, reversus est victor in castra. Tancredus rex ad nunciantium sibi rerum exitus verba perterritus festinavit cum eo finem facere,

missis illi viginti millibus unciarum auri pro dotario sororis, et aliis viginti millibus unciarum auri pro legato Willelmi regis et perpetua sibi et suis pace servanda. Suscipitur satis ægre et indignanter illud parum pecuniæ, redduntur obsides, et ab utriusque partis optimatibus pax firma juratur. A.D. 1190.

§ 28. Rex Angliæ, minus adhuc credens indigenis, fecit castellum ligneum novum magnæ fortitudinis et eminentiæ juxta muros Messanæ, quod, ad opprobrium Griffonum, 'Mategriffun' nominavit. Glorificata est fortitudo regis valde, et siluit terra in conspectu ejus. Walterus ex monacho et priore Sancti Swithini Wintoniensis ecclesiæ abbas factus Westmonasterii, opetiit, quinto kalendas Octobris. [Sept. 27.]

Queen Elianor arrives in Sicily.

§ 29. Regina Alienor, femina incomparabilis, pulchra et pudica, potens et modesta, humilis et diserta, quod in femina solet inveniri rarissime, quæ non minus annosa quam quæ duos reges maritos habuerat et duos reges filios, adhuc ad omnes indefessa labores, posse cujus ætas sua mirari potuit, assumta secum filia regis Navarorum, puella prudentiore quam pulchra, secuta est regem filium suum, et consecuta morantem adhuc in Sicilia, venit Risam civitatem omni bono plenam et bonam receptui, præstolatura ibi velle regis, cum legatis regis Navarorum et virgine. Multi noverunt quod utinam nemo nostrum nosset. Hæc ipsa regina tempore prioris mariti fuit Hierosolymis. Nemo plus inde loquatur; et ego bene novi. Silete.

---

15 *Factus.*] Factus est, *MSS.*

20 *Duos reges maritos . . filios.*] Elianor was successively the wife of Louis the Seventh of France and Henry the Second of England; and had seen the coronation of her sons Henry and Richard.

29 *Multi noverunt.*] In MS. *P.* the remainder of this paragraph, relative to the conduct of queen Elianor, is surrounded with a border, so as to attract attention.

ANNO DOMINI M.C.XCI.

A.D. 1191. § 30. Colloquium primum inter comitem de Moretonio, fratrem regis, et Cancellarium, de custodiis quorumdam castellorum, et de pecunia comiti a fratre de scaccario concessa, apud Wintoniam ad Lætare Hierusalem. [4 Mar.]

Robertus prior Sancti Swithini Wintoniæ, prioratu relicto et professione postposita, apud Witham, dolore, (an dicam devotione?) dejecit se in sectam Cartusiæ.

Walterus prior Bathoniæ prius ibidem simili fervore vel furore præsumserat, sed semel extractus nihil minus videtur adhuc quam de reditu cogitare.

Richard's marriage with Philip's sister broken off.

§ 31. Rex autem, qui dudum juraverat regi Franciæ se sororem ejus accepturum in conjugem, quam pater suus Henricus rex illi providerat et diu valde custodierat, quia suspectam habuit custodiam, meditabatur puellam, quam mater adduxerat, ducere. Et ut desiderium, quo vehementer ardebat, sine difficultate consequeretur, evocatum ad se comitem Flandriæ consuluit, hominem eloquentissimum et ad omne pretium linguam habentem, cujus mediatione rex Franciæ remisit regi Angliæ juramentum de sorore ducenda, et quietam clamavit ei in perpetuum totam terram de Vaegesin et Gisortium, receptis ab eo decem millibus librarum argenti.

Philip and Richard leave Sicily.

§ 32. Rex Franciæ, cum suo exercitu regem Angliæ præcedens, versus Hierosolymam mari se credidit tertio kalendas Aprilis. [30 Mar.] Rex Angliæ relicturus Siciliam fecit defieri castellum,

---

8 *Apud Witham.*] In MS. *P.* Witteham.

11 *Prius ibidem.*] Prius id idem, *MS. P.*

18 *Suspectam habuit custodiam.*] Richard alleged that Alice had been seduced by his late father Henry, to whom she had borne a son, and offered to prove his assertion.

quod exstruxerat, et totam materiem secum portandam in navibus suis reposuit. Omne genus machinarum ad expugnandas munitiones, et omne genus armorum, quod cor hominis potuit excogitare, præsto jam habebat in navibus. Robertus filius Willelmi filii Radulphi consecratus est in episcopatum Wigorniæ a Willelmo de Longo Campo adhuc legato, apud Cantuariam, tertio nonas Maii [Mai. 5]. Conventus Cantuariensis deposuit priorem suum, quem Baldewinus archiepiscopus eis præfecerat, et alterum loco depositi substituit. A.D. 1191.

§ 33. Walterus archiepiscopus Rothomagi quia, ut clericorum est, pusillanimis erat et pavidus, salutata a longe Hierosolyma, omnem non rogatus remisit erga Salahadinum indignationem, et regi pro eo pugnaturo quicquid viatici attulerat donavit et crucem, prætendens pudoris oblitus illa quam miserrima matrum diffidentia peperit devotione; scilicet, pastores ecclesiæ debere potius prædicare quam prœliari, non decere episcopum arma portare nisi virtutum. Rex autem, cui necessarior visa est pecunia illius quam personæ præsentia, allegationes, ac si viva nimis ratione devictus, approbavit, et expeditum retromisit eum literis suis in Angliam ad Willelmum Cancellarium, de fisco sub certo hominum et equorum numero exhibendum triennio; hoc in fine literarum addito pro honore et pro toto, ut Cancellarius in agendis regni ejus uteretur consilio. Ex factis hujus archiepiscopi rex factus instructior, purgavit exercitum, non permittens secum quemquam venire, nisi qui bene posset et bono animo vellet arma portare; nec revertentibus pecunias suas illuc usque allatas secum reportare permisit, aut arma. Reginam quoque matrem suam omni, ut decuit, honore susceptam, et post

The archbishop of Rouen returns into England,

A.D. 1191. dulces deosculationes gloriose deductam, redire fecit cum archiepiscopo, retenta sibi puella, quam quæsierat, et fidei sororis suæ credita, quæ jam ad occursum matris in castra redierat.

§ 34. Johannes Exoniensis episcopus diem clausit extremum.

Savaricus archidiaconus Northamtoniæ, et ipse unus ex plurimis, qui regem Angliæ ex Anglia prosecuti sunt in Siciliam, donatus est a rege literis patentibus in matris regis præsentiam, ad justiciarios Angliæ, assensum regis et aliquid majus assensu continentibus, ut in quamlibet diœcesim vacantem foret electus promoveretur. Hos apices Savaricus misit cognato suo episcopo Bathoniæ in Angliam, ipse vero Romam concessit, sicut qui fuerat Romanis notissimus.

with letters of recommendation from Richard:

§ 35. Ricardus rex Angliæ, literis in Angliam destinatis, toti regno suo valedicens et de honorando ab omnibus Cancellario summam mentionem faciens, parata classe sua meliore quam multa, cum exercitu electo et forti, cum Johanna sorore sua ac virgine maritanda, cum omnibus quæ pugnaturis aut peregre profecturis necessaria esse poterant, vento vela commisit, quarto idus Aprilis. [10 April.] In classe autem erant naves centum quinquaginta et sex, quatuor et viginti buceæ, galeæ triginta et novem; summa vasorum ducena decem atque novem.

His behaviour;

§ 36. Rothomagensis archiepiscopus venit Angliam ad Cancellarium, a quo susceptus est et exhibitus honorifice, et multo melius quam rex mandaverat. Subsecuti sunt et alii cum multis

---

[17] *Literis in Angliam destinatis.*] Richard, by his letter dated at Messina, 20th February, gives a higher power to the archbishop of Rouen in the management of the affairs of England, than had been entrusted to the Chancellor, or the earl of Mortaine. The letter may be seen in Vita Gaufridi, Archiep. Eborac. ii. 6.

A.D. 1191.

mandatis, in quibus omnibus erat conclusio, Cancellario parendum ab omnibus. Fratri maxime suo Johanni mandavit per singulos nunciorum, ut adhæreret Cancellario, ut contra omnes homines illi fieret præsidio, ut præstitum sibi sacramentum non violaret. Rex Angliæ mandavit Cancellario, et conventui Cantuariæ, et episcopis provinciæ, ut canonice et communiter consulerent metropoli, quia Baldewinus defunctus prælato destituerat; de abbatia vero Westmonasterii jam vacante solo Cancellario permittitur ordinare pro libito. Eclipsis solis circa horam diei tertiam; mirati sunt qui causas rerum nesciunt, nullis obstantibus soli nubibus, medio die solis radios solito lucere debilius; sed hi quos agitat mundi labor dicunt solis et lunæ defectus facere aliquid non significare.

Promotes the disagreement between the Chancellor and earl John.

§ 37. Johannes frater regis, qui illo dudum aures habuerat ut pro certo novit quod frater ad Angliam terga verterat, jam ibat per regionem populosior, nec prohibebat suos se regis nominantes heredem. Et sicut horrescere solum solet ad solis absentiam, sic alterata est regni facies ad regis abscessum. Moventur quique majores, castra firmantur, muniuntur oppida, fossata raduntur. Archiepiscopus Rothomagensis non magis futuri præsentiens quam qui fomes laudabatur erroris, ita arridebat callide Cancellario, ut et ejus æmulis non displiceret. Mittuntur privatim brevia per barones cleri et populi, et sollicitantur animi singulorum in Cancellarium. Militia comiti libenter sed latenter consentiebat, clerus vero

---

12 The eclipse here alluded to happened at half-past eleven on the forenoon of June 23, 1191.

21 *Prohibebat.*] Vel cohibebat, *P. gloss.*

28 *Arridebat.*] Arridere callebat, *P.*

29 *Mittuntur.*] Vel ibant, *C.* and *P. gloss.*

A.D. 1191. natura meticulosior, neutrius audebat jurare in verba magistri. Cancellarius hæc sentiens dissimulavit, scire dedignans quod aliquis in eum aliquo modo aliquid audere præsumeret.

The Chancellor besieges the castle of Lincoln;

§ 38. Tandem olla detegitur; nunciatur illi quod Girardus de Camvilla, homo factiosus et fidei prodigus, homagium fecerat Johanni comiti fratri regis, de castello Lincolniæ, cujus custodia ad hereditatem Nicholaæ, uxoris ejusdem Girardi, spectare dinoscitur, sed sub rege. Factum redundare videtur in coronam, et placet ultum ire commissum. Collecto igitur celeriter copioso exercitu, venit in partes illas, et primo versus Wigemoram facto impetu, Rogerum de Mortuo Mari, insimulatum de conjuratione in regem facta cum Walensibus, castra dedere, et Angliam abjurare coegit triennio. Culpatur abscedens a complicibus de cordis inopia, quod multo munitus milite castrorum et facultatis abundans, ante ictum ad nudas minas presbyteri cecidisset. Sera fuit post casum correptio; Rogerus regnum egreditur, et Cancellarius jubet obsidere Lincolniam. Girardus erat cum comite, et uxor ejus Nicholaa nihil femineum cogitans castellum viriliter custodiebat. Cancellarius versabatur totus circa Lincolniam, dum comes Johannes castrum de Nothingeham et illud de Tikehulla utrumque fortissimum, custodibus solo timore ad deditionem coactis, occupavit. Addidit etiam mandare Cancellario ut obsidionem solveret, alioquin se hominis sui ulturum injuriam. Non decere legalibus hominibus regni notis et liberis custodias suas auferre, et advenis et ignotis committere. Argumentum ejus esse stultitiæ quod talibus castra regis crediderat, quia ea transeuntibus exponerent. Cuilibet barbaro si præterisset

---

11 *Videtur.*] Creditur, *P.*

15 *Regem.*] Vel in regnum, *P. gloss.*

eadem facilitate qua et sibi castella patuisse, se nolle diutius rerum et regni fratris desolationem silentio sustinere. A.D. 1191.

§ 39. Cancellarius, ad hæc turbatus incredibiliter, accitis coram se proceribus et primis exercitus, infit, 'Non mihi credideritis, si homo iste regnum sibi subjugare non quærit. Præproperum est quod præsumit, etiam si deberet cum fratre annuatim alternare coronam, quia Eteocles nondum annum integrum explevit in regno.' Multa in hunc modum verba efflaverat doloris, et rursus resumto spiritu, ut erat major corde quam corpore, magna quædam mente concipiens, misit ad comitem archiepiscopum Rothomagensem, mandans imperativo modo ut castra redderet, et de juramento erga fratrem infracto coram curia regis responderet. Archiepiscopus, utraque manu fabricare peritus, Cancellarii laudavit constantiam; et profectus ad comitem post mandatorum expressionem posuit ei in aurem ut, quicquid alii dicerent, auderet aliquid magnum, Gyaris et carcere dignum, si vellet esse aliquid. In publico autem consuluit ut comes et Cancellarius ad colloquium convenirent, et dissidentiam eorum compromissio in arbitrios terminaret.

Conduct of the archbishop of Rouen.

§ 40. Comes ad mandatorum indecentiam plus quam iratus, toto corpore fiebat incognoscibilis. Rancor frontem sulcavit in rugas, scintillabant ardentes oculi, rosam faciei livor infecit, scioque quid fieret de Cancellario, si in ipsa furoris hora inter manus gesticulantis devenisset in pomum. Indignatio in tantum clauso crevit in pectore, quod aut creperet aut partem aliquam virus evomeret. 'Filius,' inquit, 'perditionis, pejorum pessimus, qui de Francorum facetiis præposterum geniculandi genus transvexit primus ad Anglos, non me vexaret, ut cernitis, si

An interview agreed upon.

A.D. 1191. oblatam mihi novam scientiam scire non refutassem.' Majora volebat vel vera vel falsa dicere, sed ad reverentiam præsentis archiepiscopi mentem recolligens et comprimens vecordiam, 'Si male locutus sum,' ait, 'archiepiscope, veniam peto.' Post frivola seriis intendebant, ratiocinatum est circa mandata Cancellarii, et utrumque consilium archiepiscopi ad diei medium consentitur in colloquendum. Dies figitur quinto kalendas Augusti [28 Jul.]; locus, extra Wintoniam. Cancellarius concessit stare quod providerant, et, dimissa obsidione, reversus est Londonias.

Preparatory arrangements;

§ 41. Comes vero verens ejus versutias conduxit illi quatuor millia Wallensium, ut, si Cancellarius inter inducias illum capere conaretur, isti in latebris locati ex latere colloquii conatus ejus infringerent ex arrupto. Præterea, summoneri instituit et rogari, ut quisquis hominum suorum et aliorum se amantium conveniens esset ad bella procedere, secum veniret loco et die ad susceptum, sed suspectum, sibi cum domino totius terræ colloquium, ut saltem vivus evadèret, si plus quam rex ille et minus in oculis suis contra jus fori faceret, aut in transactionem non consentiret. At contra Cancellarius tertium cum omnibus armis totius Angliæ militem die nominato mandavit venire Wintoniam; de redditibus etiam regis conduxit et ipse Wallenses, ut si decertandum foret cum comite, haberet pares acies, et pila minantia pilis.

The meeting.

§ 42. Conventum est ad colloquium, sicut condictum est et prædictum, quod in melius quam timebatur contigit terminari. Conventio igitur facta inter comitem et Cancellarium erat hujusmodi, et hoc modo provisa. Tres in primis nominantur

22 *Colloquium.*] Colloquio, *MSS.*

episcopi, Wintoniensis, Londonensis, et Bathonensis, in quorum fidelitatem utraque pars secura se credidit. Episcopi elegerunt ad partem Cancellarii tres comites, de Warenna, de Arundel, de Clara, et quosdam alios octo nominatos. Ad partem comitis, Stephanum Ridel, comitis cancellarium, Willelmum de Venneval, Reginaldum de Wasseville, et quosdam alios octo nominatos. Isti omnes juraverunt, alii inspectis, alii tactis, sacrosanctis Evangeliis, se provisuros inter comitem et Cancellarium de querelis eorum et quæstionibus satisfactionem ad honorem utriusque partis et pacem regni. Et si quid deinceps inter eos contrarietatis emerserit, fideliter terminabunt. Comes etiam et Cancellarius juraverunt se in quicquid prædicti juratores providerint consensuros; et hæc fuit provisio. Girardo de Camwilla in gratiam Cancellarii recepto, remansit illi in bono et pace custodia castri de Lincolnia; comes reddidit castella quæ ceperat, quæ recepta Cancellarius tradidit fidelibus et ligiis hominibus regis, scilicet, Willelmo de Wenn' castellum de Nothingeham, et Reginaldo de Wassewille castellum de Tikehulla; et uterque istorum dedit obsidem Cancellario, quod castella illa custodirent in salva pace et fidelitate domini regis, si vivus rediret. Si autem rex ante regressum in fata concederet, prædicta castra comiti redderentur, et Cancellarius redderet obsides. Constabularii castellorum de honoribus comitis mutarentur a Cancellario, si eos mutandos comes de ratione monstraret. Cancellarius, si rex obiret, comiti exheredationem non quæreret; sed eum pro omni posse suo promoveret ad regnum. Actum sollenniter apud Wintoniam, septimo kalendas Maii. [25 Apr.] A.D. 1191.

§ 43. Cancellarius mira exactione et instantia

A.D. 1191. Affairs of Westminster.

induxit primo partem aliquam monachorum, et postmodum totam congregationem Westmonasterii, quod permiserunt fratrem ejus monachum de Cadomo profiteri cohabitationem in Westmonasterio, eligendum sibi ab omnibus in abbatem a professione et cohabitatione, die nominato; et ut hæc fabricatio non infringeretur, scripto cautum est, sigillo ecclesiæ apposito in testimonium.

Geoffrey, archbishop of York, prepares to visit England.

§ 44. Gaufridus, non ex matre frater Ricardi regis et Johannis comitis, qui consecratus fuerat in archiepiscopum Eboracensem Turonis, ab archiepiscopo Turonensi, de mandato summi pontificis, non semel sollicitavit mandatis Johannem fratrem regis et suum, ut saltem suo assensu reverti sibi liceret in Angliam; quo consentiente, redire paravit. Intermandata fratrum non latuerunt Cancellarium, qui præcavens ne qualitas genuinæ perversitatis cresceret ex augmento, mandavit custodibus litorum, ut ubicumque archiepiscopus ille, qui Angliam abjuraverat triennio peregrinationis regis, terræ illaberetur infra terminum, progredi non permitteretur, nisi de consilio juratorum, in quos comes et Cancellarius juramento compromiserant de omnibus, quæ poterant intercidere.

Death of Robert, abbot of Muchelney.

§ 45. Robertus quidam prior Herefordiensis, monachus de seipso nihil modicum æstimans, alienis se negociis ut sua intersereret libenter ingerens, in Cancellarii mandatis ierat ad regem in Siciliam; ubi non est oblitus sui post cetera: qui quocunque modo quemcumque pigeret, abbaciam de Muchenia concessam sibi a rege et confirmatam meruit obtinere. Ad quam, agente Cancellario, contra velle conventus, possidendam, nec canonice nec cum benedictione, ingressus; et

---

25 *Intercidere.*] Vel post accidere, *P. gloss.*

A.D. 1191.

primo mox die ad primum prandium ex anguillis recentibus avidius sine vino quam expediret, et amplius insumendo, incidit in languorem, quem peperit cibus indigestus et hærens ardenti stomacho. Et ne voracitati languor ascriberetur, monachos loci de dato sibi toxico fecit infamari.

Geoffrey, archbishop of York, seized by the Chancellor.

§ 46. Gaufridus archiepiscopus Eboracensis, de consensu Johannis comitis fratris sui præsumens, parato navigio suo, Dovram appulit; qui mox terræ redditus primo petiit oraturus ecclesiam. Est ibi prioratus monachorum de professione Cantuariorum, quorum oratorium missam auditurus cum clericis suis ingressus est, et familia ejus circa exsarcinandas naves erat intenta. Jam tota suppellex terram tenuit, cum subito constabularius castelli quicquid putabatur esse archiepiscopi trahi fecit in oppidum, plus in mandato domini sui Cancellarii intelligens, quam mandaverat. Quidam etiam militum, armati sub tunicis et spatis accincti, venerunt in monasterium, ut comprehenderent pontificem; quos ut vidit, præcognita voluntate eorum, accepit crucem in manus suas, priorque eos alloquens et manus in suos extendens, ait, 'Ego sum archiepiscopus, si me quæritis, sinite hos abire.' Et milites, 'Utrum archiepiscopus,' inquiunt, 'sis, nec ne, nihil ad nos; unum scimus, quoniam tu es Gaufridus filius Henrici regis, quem genuit quocumque thoro, qui coram rege, cujus te fratrem facis, Angliam abjurasti triennio; si sicut traditor regni in regnum non veneris, si literas absolutionis attuleris, aut dic, aut accipe calcem.' Tunc archiepiscopus, 'Traditor,' inquit, 'non sum, nec literas aliquas vobis ostendam.' Injecerunt illico coram ipso altari manus in eum, et invitum ac renitentem, non repugnantem, violenter extraxerunt de ecclesia; qui mox extra limen positus

A.D. 1191. ipsos, qui in eum manus miserant, præsentes et audientes et adhuc illum tenentes, excommunicavit ex nomine, et oblatum sibi equum, ut cum illis ad castrum equitaret, quia mancipium fuit excommunicatorum, non recepit. Quem, totius obliti mansuetudinis, per manus trahebant peditem et crucem portantem per lutum platearum usque in castrum. Post hæc omnia, cum captivo suo de gratia sua volebant humanitus agere, inferentes illi de melioribus cibis, quos sibi paraverant, sed ille, ex his quæ jam tulerat factus constantior, cibos illorum velut idoliticum respuens, nolebat vivere nisi de proprio. It rumor per regionem vento velocior, sequuntur qui dominum suum secuti fuerant a longe, referentes et conquerentes ad omnes archiepiscopum fratrem regis sic appulsum, sic tractatum, sic retentum in carcere.

The Chancellor excuses his conduct.

§ 47. Archiepiscopus erat in custodia jam triduanus, et Cancellarius, statim ut sibi casus innotuit, omnibus suis illi redditis, fecit liberum quaquaversum vellet abire. Scripsit insuper Johanni comiti et omnibus episcopis, cum juramento asserens citra conscientiam suam præfatum virum præscriptas injurias pertulisse. Parum profecit excusatio, quia dudum quæsita et votis emta visco tenacius retenta est, quæ se sponte obtulit adversus eum occasio. Excommunicantur ab omni ecclesia totius regni in speciale præsumtores tantæ temeritatis, qui in archiepiscopum manus injecerant, in genere auctores et conscientes; ut saltem in generali maledictione Cancellarius omnibus invidiosus involveretur.

---

33 *Involveretur.*] Here, in *P.* about half a page is erased ; in *C.* this marginal note occurs : 'Hic abrasum erat, quicquid illud esset.' The narrative, however, does not appear to be defective.

§ 48. Comes Johannes, in non amatum sibi Cancellarium genuinos exacuens, coram singulis episcoporum et magnatum regni de infracta ex adversa parte juratæ pacis conventione, de fratris ejus ad sui dedecus captione, querelam deposuit plurimum ponderosam. Rogantur juratores et conjurantur stare promissioni juratæ, faciantque celerius ne deterius fiat, ut fidefragus et perjurus satisfactione digna deleat quod deliquit. Res in nugis hactenus actitata jam procedit ad certum; summonitur valida auctoritate omnium suorum et comitis mediatorum Cancellarius, ut ad accusationes comitis responsurus et juri pariturus sibi occurrat, loco ad Pontem Lodani, die tertio nonas Octobris. [5 Octob.]

A.D. 1191. Earl John summons a meeting;

§ 49. Comes cum maxima parte majorum regni omnium sibi faventium per duos dies exspectaverat loco colloquii Cancellarium, et tertio mane præmisit quosdam ex se sequentibus Londoniam, exspectans in loco colloquii adhuc si exspectatus ille aut auderet aut dignaretur venire. Cancellarius, timens sibi de comite et suspectos habens judices, duos dies distulit ad locum venire; tertio (quia, ut cuique conscia mens est, ita concipit inter pectora pro facto spemque metumque suo,) inter spem et metum medius ad colloquium ire perrexit. Et ecce! vir sibi fidelis Henricus Biset, qui viderat transeuntes præmissos de familia comitis, admisso subdens creberrime calcar equo, venit obvius Cancellario, fidem faciens quod comes ab antediem armatus ierat Londoniam capere; et quis esset eo die qui non ut Evangelium acciperet quicquid ille mentiri nescius diceret? Sed mentitus non est, quia verum esse

The Chancellor comes to London;

---

14 *Pontem Lodani.*] Lodbridge, between Windsor and Reading. A fuller account of this meeting may be seen in Vita Gaufridi, Archiep. Ebor. ii. 6, ap. Angl. Sacr. ii. 394.

A.D. 1191. putabat quod dixerat. Cancellarius, hac vice deceptus ut homo, omnem qui secum erat militem fecit armari continuo; et se æstimans e vestigio subsequi comitem præeuntem, prævenit eum in civitatem. Rogati cives ab eo, quia comes nondum aderat, ut venienti portas clauderent, respuerunt, eum turbatorem terræ nominantes et traditorem. Archiepiscopus enim Eboracensis, futurorum conscius, dum ibi per aliquot dies moram fecisset, ut videret finem negocii, assiduis querelis et precibus commoverat omnes in illum; qui tunc primo se proditum sentiens confugit in Arcem, et Londonienses observabant a terra et mari, ne profugeret. Comes, cognita ejus fuga, cum copiis suis eum insequens receptus est ab ovatis civibus cum laternis et facibus, quia de nocte venit in urbem; nihilque defuit in salutationibus adulantis populi, nisi illud Sithaci, Chere Basileus, hoc est, 'Salve, care domine!'

A meeting in St. Paul's church;

§ 50. Crastino comes et universi magnates regni convenerunt in ecclesia Sancti Pauli, et audita est prima omnium querela Eboracensis archiepiscopi; post illam admissus est quisquis habebat aliquid in eum. Summam et diligentem audientiam habuerunt accusatores absentis, et præcipue ille in verbis plurimus Hugo Coventrensis episcopus, pridie familiarissimus ejus; qui, quia pessima pestis est familiaris inimicus, pejus omnibus et perversius in familiarem elocutus, non prius destitit donec diceretur ab omnibus, 'Nolumus hunc regnare super nos.' Tota itaque concio sine ulla dilatione constituerunt Johannem comitem fratrem regis summum rectorem totius

---

26 *Hugo.*] Giraldus Cambrensis characterises him as 'vir eloquentiæ singularis, vir prudentia pariter et animositate conspicuus.' Vit. Gaufr. Archiep. Ebor. ii. 3.

regni, et ut omnia castella quibus vellet custodienda traderet statuentes, tria tantum de minus valentibus, ab invicem plurimum distantia, nominetenus jam Cancellario reliquerunt. Justiciarius supremus post comitem, Justiciarii Errantes, Custodes scaccarii, castrorum constabularii, omnes novi de novo instituuntur. Inter alios tunc receptores et episcopus Wintoniensis, quas sibi Cancellarius tulerat, in integrum recepit custodias, et dominus Dunelmensis recepit comitatum Norhumbriæ. A.D. 1191.

§ 51. Dies ille nefastus declinabat ad vesperam, et quatuor episcopi et totidem comites ex parte concionis missi ad Cancellarium exposuerunt illi ad literam totius acta diei. Inhorruit ille ad inopinatam audaciam præsumtorum, et, deficiente spiritu, decidit in terram ita exsanguis, ut ex ore spumas emitteret. Injecta sibi aqua frigida in faciem, revixit, et erectus in pedes torvo nuncios perstrinxit lumine, dicens, 'Una salus victis nullam sperare salutem. Vicistis et vinxistis incautum. Si me Dominus Deus dominum meum regem inter duos oculos videre dederit, dies ista malo vobis illuxit, certi estote. Quantum in vobis est, comiti jam dedistis quicquid regis erat in regno. Dicite ei, vivit adhuc Priamus. Vos, qui vestri viventis adhuc regis immemores, alterum vobis elegistis in dominum, dicite illi domino vestro quoniam totum ibit aliter quam existimat. Castella non dedam, sigillum non resignabo.' Regressi ab eo nuncii retulerunt comiti quod acceperant, qui præcepit arctius arcem obsideri.

The result communicated to the Chancellor, and

---

13 *Quatuor episcopi.*] Namely, the bishops of London, Lincoln, Winchester, and Coventry. Angl. Sacr. ii. 398.

33 *Obsideri.*] Giraldus Cambrensis gives a different account of John's behaviour, informing us that he was so influenced by the

A.D. 1191.

He resolves to surrender.

§ 52. Cancellarius ad majorem partem noctis, (quia qui non intendit animum studiis et rebus honestis invidia vel amore vigil torquebitur,) erat insomnis; et eum interim sui plus torquebant quam conscientia, rogantes cum lacrimis pedibus ejus provoluti, ut necessitati cederet, et ne contra torrentem brachia tenderet. Emollitur ille ferro durior ad gemituosa concilia circumflentium; iterum et iterum exanimatus præ tristitia ad ultimum vix adquievit fieri, quod omni destitutus auxilio facere cogebatur. Unus ex fratribus ejus et tres cum eo non ignobiles permissi, non missi, nunciaverunt ipsa hora noctis comiti Cancellarium, quocumque non refert animo, quicquid provisum est, pati et agere paratum. Tollat moras, quia semper nocuit differre paratis. In crastino fieret ne talis se ventus obverteret, ut differretur in annum. Revertuntur isti in arcem, et nota fecit ante diem ista fieri comes sibi consentientibus.

A meeting between the Earl and the Chancellor.

§ 53. Oceanum interea nascens Aurora reliquit, et comes cum tota cohorte sua exivit in planitiem, quæ est extra Londonias ad orientem, orto jam sole; venit illuc et Cancellarius, sed minus mane quam adversarii. Tenuerunt majores medium, circa quos proxima fuit corona Quiritum, et populus spectans erat deorsum, ut æstimabatur, ad decem millia hominum. Aggreditur Cancellarium primus Coventrensis episcopus, singulas accusationes diei præteritæ retractans, et de suo semper aliquid adjiciens. ‘Non est,’ inquit, ‘decens nec tolerabile, ut unius talis qualis ignavia tot viros nobiles et honorabiles de tam remotis partibus toties faciat convenire pro nihilo. Et quia melius est semel dolere quam

explanations and promises of the Chancellor that he would have raised the siege, but for the interference of the archbishop of York and the bishop of Coventry. Vit. Gauf. Archiep. Ebor. ii. 9.

A.D.1191.

semper, brevibus omnia claudam. Non placet, quia non expedit, ut ulterius domineris in regno. Contentus eris episcopatu tuo, et tribus castellis, quæ tibi indulsimus, et magni nominis umbra. De reliquis omnibus castellis reddendis, et de non movenda porrecta aut tumultibus fabricandis, dabis frumentarios obsides, et liber abire postea poteris quaversus volueris.' Multi super hæc multa dixerunt, nemo contra; solus dominus Wintoniensis, quatenus pluribus eloquentior esset, semper tacuit. Demum Cancellarius, vix loqui permissus, ait, 'Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam? Ante omnia noveritis singuli et universi quod nullius rei reum me sentio quare os alicujus vestrum timere debeam. Archiepiscopum Eboracensem, me nec sciente nec volente, captum profiteor, id civiliter si recipitis vel ecclesiastice probaturus. De excidentiis regis et feminis donationis ejus si quid egerim, Gaufridus filius Petri, Willelmus Briwere, Hugo Bardolfe, quos a rege consiliarios habui, si liceret eis loqui, pro me satisfacerent. Cur, et in quid, denarios regis exspenderim, præsto sum usque ad ultimum quadrantem rationem reddere. Obsides dare pro reddendis castellis, licet in hoc regi magis timeam, quia cogit oportet, non diffugio. Nomen quod non valetis auferre, nominatum adhuc habiturus, non vilipendo. In summa, sciendum omnibus dico, quod de nulla administratione mihi a rege tradita me depono. Circumvenistis unum plurimi, fortiores me estis, et ego Cancel-

---

3 *Tribus castellis.*] Namely, Dover, Cambridge, and Hereford. Angl. Sacr. ii. 398.

21 *Bardolfe.*] The MSS. incorrectly read 'Barde.'

23 *Denarios.*] Giraldus states that during the two years in which the bishop of Ely exercised the office of Treasurer, he converted the funds to his own purposes. Vit. Gaufr. Archiep. Ebor. ii. 15.

A.D. 1191. larius regis et regni Justiciarius contra formam totius juris judicatus, quia necesse est, fortioribus cedo.' Allegationibus partium fecit finem sol vergens in vesperum; recipiuntur in obsidium duo fratres Cancellarii qui fuit, et quidam tertius, qui a secretis ei fuerat cubicularius. Solutum est concilium, redditis clavibus Arcis Londoniæ, sexto idus Octobris [Oct. 10]. Cancellarius Dovram, unum, scilicet, ex tribus, unde mentio facta est, castris, profectus est; et comes omnia munita terræ, quibus voluit et plus credidit, sibi reddita liberavit.

The Chancellor's proceedings.

§54. Mittuntur continuo, et a damnato et a damnatoribus, nuncii ad ipsum regem in Terram Promissionis, quique pro parte sua ad accusandum vel excusandum sufficienter instructi. Nominativo hic Cancellarius ex perditæ potestatis et præsentis sui status recordatione confusus, inhibitionem transfretationis dum modis omnibus molitur eludere, non uniformiter nec semel tantum illusus est. Taceo, quod et in habitu monachi et in muliebri veste deprehensus fuerit et retentus, quia multum et nimis est meminisse quam inæstimabilem supellectilem, quam multiplices sibi gazas, demum in Flandriam appulso, Flandrenses diripuerunt. Cujus transfretatione cognita, quicquid in Anglia reddituum possederat confiscatur. Fit dira inter diros decertatio. Cancellarius sublatam sibi suspendit diocesim, et pervasores ejus denotat et innodat anathemate. Nec fuit eo corde minor

---

11 *Terræ.*] Terra. MSS.

21 *Muliebri veste.*] A minute account of this transaction may be seen in Hoveden, f. 400; and in Vita Gauf. Archiep. Eborac. ii. 12.

30 *Innodat anathemate.*] The bishop of Ely, having procured letters from the pope investing him with legatine authority, returned into England in the beginning of April, 1192; when, in consequence of his reception, he placed his bishopric under interdict. Vita Gauf. Archiep. Ebor. ii. 13, 14.

A.D. 1191.

Rothomagensis archiepiscopus, qui in ultionem illius præsumtæ excommunicationis in fiscarios per Neustriam denunciari mandavit Willelmum de Longo Campo excommunicatum haberi. Nolebat tamen se videri maledictionem metuere latam in pervasores prædicti episcopatus, nec dignabatur credere sententiam profugi præsulis posse in solium suæ majestatis ascendere. Fuit igitur fœda facies Eliensis ecclesiæ, tacetur per totam diocesim ab omni opere Domini, corpora mortuorum per omnes vicos inhumata jaciuntur. In Neustria, vice reddita, nemo ex archiepiscopalibus communicabat Cancellario, in ingressu ejus omnis ecclesia suspenditur et egressu omnia signa pulsantur, et altaria ubi celebravit dejiciuntur.

The Papal Legates suspend Normandy.

§ 55. Duo legati a latere summi Pontificis directi in Galliam instinctu, ut fertur, regis Francorum sed occulto, venere Gisortium visitaturi Normanniam, quam regni Francorum partem præcipuam fuisse didicerant; quos, quia castri constabularius et senescallus Neustriæ non admiserunt, hac se rationis umbra tuentes quod non, nisi favente fundi domino vel præsente, debeat cujusquam provinciæ fieri visitatio. Hoc specialiter privilegio omnes reges Anglorum et Ricardum præcipue ab Apostolica sede donatos. Nihil egit apud legatos vera vel verisimilis allegatio; crevit et intumuit, sed contra intimidos Diis æqua potestas. Contemta recolitur Romanæ majestatis auctoritas; projiciunt ampullas et sexquipedalia verba. Multam in resistentes multa acerbitate minantur, et tamen quia non habebant placitare cum pueris, clausis contra eos castri foribus, steterunt de foris. Sed non defuit

---

17 *Duo legati.*] Namely, Octavian bishop of Ostia, and Jordan abbot of Fossa Nova.

A.D. 1191. suum repulsis solatium. Quo non poterant personaliter accedere, processerunt potentialiter. Castellanum Gisortii et senescallum Neustriæ præsentes excommunicaverunt ex nomine, et universam Neustriam ab universo ritus ecclesiastici suspenderunt ministerio. Oportuit deferri potentiæ; siluit ecclesia continuo et continue trium septimanarum spatium, donec, invocato summo Pontifice, remissa fuit et in nominatos sententia et in Neustriam lata suspensio. Redditus est liber libertatis Neustriæ et vox letitiæ, et legatis inhibitum est portare pedes in Neustriam.

Monastic affairs.

§ 56. Westmonasterienses monachi, qui ante dies istos tam magni cordis exstiterant, ut pro mori sua facta non inficerent, ex quo viderunt tempus alterum et ipsi alterati cum tempore, quicquid cum Cancellario de fratre suo pepigerant retro dorsum ponentes, Priorem domus suæ in abbatem conniventia comitis elegerunt, qui et benedictionem et baculum sine dilatione percepit ab episcopo Londonensi. Frater Cancellarii, qui de condicto debuerat eligi in abbatem, videns conventum contra sua pacta venire, confusus cum suo curto pudore recessit; cartam tamen cautionis secum deferens, appellatione ante secundam electionem facta coram legitimis testibus, ne quid contra cautam sibi fieret promotionem.

Monachi de Mucheleneia, quem vi susceperant suum nescio quem, nec electum, nec abbatem, exemplo Westmonasteriensium non tantum a simili ejecerunt de domo sua; stramenta lecti ejus post illum projicientes, et conviciatum cum contumeliis extra insulam quatuor ventis exposuerunt.

---

21 *Frater Cancellarii.*] Henry de Longo Campo, of whom an unfavourable character may be seen in Vita Gaufr. Archiep. Ebor. ii. 9.

A.D. 1191.

Election of the archbishop of Canterbury;

§ 57. Archiepiscopus Rothomagensis constitutus a comite Justiciarius regni et supremus super negotia, convocato Cantuariam clero et populo, de eligendo archipræsule, sicut rex ipse sibi injunxerat, agere instituit. Londonensis autem et Wintoniensis episcopi non affuerunt, regis detenti negotiis apud Londonias; factaque inter episcopos, qui convenerant, quæstione, quis eorum videretur esse major, cujus esse deberet electio, ex quo duo prædicti primæ dignitatis aberant, Prior Cantuariensis, nodum difficultatis absolvens, omnes fecit æquales in eligendo pontifice, procedens in publicum cum monachis suis, et in facie totius ecclesiæ eligens in archiepiscopum de medio cleri Reginaldum episcopum Batoniæ.

his death,

§ 58. Reginaldus Cantuariensis electus Romam, si Parcæ parcerent, pro pallio profecturus, expletis apud Cantuariam sollennitatibus, quæ fieri solent circa electos, venit disponere Bathoniensi ecclesiæ, quam multum diligebat, magis ab ea dilectus. Fertur etiam quod de eligendo et sibi subrogando Savarico, Northamptoniæ archidiacono, Prioris et conventus impetrarit assensum et perceperit cautionem. Unde revertens ægrotavit in itinere, et accubuit æger nimis apud manerium suum de Dokemeresfeld; quique videns nihil sibi esse vicinius quam mortem, suscepit habitum monachi per manus Walteri Prioris sui tunc secum morantis, et accipiens hæc locutus est, ‘Deus noluit me esse archiepiscopum, et ego nolo; Deus voluit me esse monachum, et ego volo.’ Literas etiam regis ad justiciarios de concessa Savarico dioecesi ad quamcumque foret electus canonice attulit in extremis agens, dedit Priori Bathoniæ, ut hujus auctoritate instrumenti citius promoveretur. Omnibus deinde, quæ ad fidem spectant et pœnitentiam, devote et sana mente peractis,

A.D. 1191. quievit in Domino septimo kalendas Januarii [Dec. 26].

and epitaph.

EPITAPHIUM.

Dum Reginaldus erat bene seque suosque regebat;
Nemo plus quærat; quicquid docuit faciebat.
Sancti Swithuni nisi pratum præripuisset
Hunc de communi mors tam cito non rapuisset.
Sed, quia pœnituit, minuit mors passa reatum;
Fecit quod potuit, se dedidit ad monachatum.

Walterus prior Bathoniæ et suus sine clero conventus elegerunt sibi in futurum episcopum Savaricum, archidiaconum Northamptoniæ, absentem et adhuc casum cognati pontificis ignorantem; et licet clerus reniteretur obtinuerunt.

Disposition of Richard's fleet.

§ 59. Classis Ricardi regis Anglorum altum legebat, et hoc ordine procedebat. In prima fronte ibant tres naves tantum, in quarum una erat regina Siciliæ et puella Navarorum, forte adhuc virgo; in duabus, aliqua pars thesauri regis et armorum; in singulis trium, homines defensabiles et victualia. In secundo ordine erant inter naves et buceas et dromundos tredecim; in tertio, quatuordecim; in quarto, viginti; in quinto, triginta; in sexto, quadraginta; in septimo, sexaginta; in novissimo rex ipse cum galeis suis sequebatur. Erat inter naves et processiones earum tali discretione inductum nautis spatium, quod de uno ordine ad alterum vox tubæ, de una navi ad alteram vox hominis, audiri potuit. Illud etiam fuit admirabile quod rex non minus sanus et incolumis, fortis et potens, levis et exsiliens, erat in mari quam solebat esse in terris. Concludo ergo quod non erat unus homo validior illo in mundo, nec in terra, nec in mari.

A.D. 1191.

Wrecked and plundered off Cyprus.

§ 60. Prædicto itaque modo et ordine, navibus aliis alias præeuntibus, duæ de tribus primis, vi ventorum impulsæ, cautibus juxta portum Cypri contritæ sunt; tertia, quæ Anglica erat, agilior illis retorta in altum, diffugit periculum. Omnes fere homines utriusque navis vivi evaserunt ad terram, de quibus multos interfecerunt occurrentes Cyprii, quosdam ceperunt, quidam refugientes in quandam ecclesiam obsessi fuerunt. Quicquid etiam in navibus de mari fuerat erutum cessit in prædam Cypriorum. Princeps quoque insulæ illius adveniens in partem suam recepit aurum et arma, et fecit ab omni, quem convocare potuit, armato observari litus, ut classem sequentem applicare non sineret, ne rex sibi surrepta reciperet. Supra portum erat urbs fortis et super rupem nativam castellum eminens et munitum. Tota gens illa bellicosa et de rapto vivere consueta. Ponebant in introitu portus per transitum trabes et tigna, portæ et ostia, et tota terra, toto animo, contra Anglos se præparavit ad pugnam. Voluit Deus ut populus maledictus malorum meritum per manus non miserentis acciperet. Tertia navis Anglica, in qua erant feminæ, ejectis ancoris, in alto exspectabat et omnia considerabat e contra relatura casum regi, ne forte damni et dedecoris nescius locum præteriret inultus. Venit navium regis ordo post alterum, et substituerunt omnes ad primam. Rumor refusus pervenit ad regem, qui, missis nunciis ad dominum insulæ, nihil voluntatis adeptus, mandavit universum exercitum armari a primo usque ad ultimum, et de magnis navibus egressos in galeis et scaphis sequi illum ad litus. Fit quod jubitur citissime, venitur in armis ad portum. Rex armatus, primus de galea exsiliens, primum ictum dedit in bello; sed antequam posset dare secun-

Richard captures the city.

A.D. 1191. dum tria millia suorum habebat in latere secum percutientium. Dejicitur in momento quicquid lignorum oppositum fuerat in portu, et ascendunt viri fortes in urbem non mitiores quam solent esse leænæ, raptis fœtibus. Pugnatur contra illos viriliter, et ceciderunt vulnerati ex his et ex illis, et inebriabantur gladii utrorumque in sanguine. Vincuntur Cyprii, capta est urbs, et cum castello, diripitur quicquid placet victoribus, et ipse dominus insulæ captus est et adductus ad regem. Precatur veniam comprehensus et meretur, offert homagium regi et recipitur, et jurat non rogatus quod amodo de illo, sicut de ligio domino, tenebit insulam, et omnia castella terræ sibi aperiet et exponet, damnum restituet, et de proprio largietur. Dimissus post juramentum jubetur in mane pacta complere.

Isaac's submission,

treachery,

§ 61. Nocte illa rex quievit in castro; et juratus ejus fugiens secessit in aliud castellum, et summoniri fecit omnem hominem terræ, qui poterant arma portare, ut convenirent ad eum, et ita factum est. Rex autem Hierusalem eadem nocte applicuit in Cyprum, ut occurreret regi et salutaret eum, cujus adventum plus quam omnium hominum totius mundi desideraverat. In crastino quæsitus est ille dominus Cyprii, et compertus est effugisse. Rex, videns se esse illusum, et ubi esset edoctus, præcepit regi Hierosolimorum sequi perfidum per terram cum media parte exercitus, ipse alteram partem circumduxit per aquam, volens esse in obviam, ne elaberetur per mare. Convenerunt partes circa oppidum in quod fugerat, et ille contra regem egressus commisit cum Anglis, et pugnatum est acriter ab utrisque partibus. Victi fuissent Angli in illa die, nisi sub rege Ricardo pugnassent. Potiuntur tandem victoria caro mercata, fugit Cyprius et captum est

castrum. Insequuntur illum reges sicut prius, unus per terram, alter per aquam, et obsessus est in tertio castello. Dejiciuntur muri illius fundis balearibus ingentia saxa rotantibus, promittit deditionem oppressus, si tantummodo in vincula ferrea non poneretur. Annuit rex precibus supplicantis, et fecit ei fieri argenteos compedes. Capto itaque piratarum principe, rex peragravit totam insulam et cepit omnia castella ejus, et posuit custodes suos in singulis, et constituit justiciarios et vicecomites, et subdita est illi tota terra in omnibus, sicut Anglia. Aurum, et sericum, et gemmas de thesauris effractis sibi retinuit; argentum et victualia dedit exercitui. Regi quoque Hierusalem de acquisito suo largitus est largissime.

A.D. 1191.

and punishment.

Et quia jam transierat Quadragesima, et legitimum contrahendi tempus advenerat, Berengariam filiam regis Navarorum, quam ad se in Quadragesima mater adduxerat, sibi despondi fecit in insula.

Richard marries Berengaria.

§ 62. Repetitis post ista navibus, versus Accaronem feliciter navigans, offendit navem onerariam maximæ magnitudinis a Salahadino ad obsessos directam, victualibus et armato milite plenam. Navem mirabilem, navem, qua præter navem Noæ, non legitur major ulla fuisse. Lætatus est hic vir validus, quia ubique materiam virtutis offendit, primus ipse pugnatorum, accitis ad suam galeis suorum, navale prœlium cœpit habere cum Turcis. Navis fuit munita turribus et propugnaculis, et pugnabant vecorditer desperati, quia est una salus victis nullam sperare salutem. Dirus erat assultus et dura defensio; sed quid adeo durum, quod non domaverit ille durus durandus? Devincuntur Mocomicolæ, navis illa

Captures a Saracen ship,

19 *Despondi fecit.*] Upon Sunday, 12 May.

A.D. 1191. regina navium detrita demergitur, quasi plumbum in aquis vehementibus, et periit cum possessoribus suis tota possessio.

and arrives at Acres.

Rex inde progrediens venit ad Accaronis obsidionem, et exceptus est ab obsidentibus cum gaudio tanto, ac si esset Christus, qui revenisset in terram restituere regnum Israelis. Rex Francorum prævenerat ad Accaronem, et magni habitus est ab indigenis; sed, superveniente Ricardo, ita delituit et sine nomine factus est, ut solet ad solis ortum suum luna lumen amittere.

His liberality to Henry earl of Champaigne.

§ 63. Venit ad regem suum Henricus comes Campaniæ, cui jam deficiebat quicquid advexerat victus aut pretii. Postulat subventionem, cui rex suus et dominus fecit offerri centum millia Parisiacensium, si tamen sibi velit oppignerare Campaniam. Ad hæc comes, 'Feci,' inquit, 'quod potui et debui, nunc faciam quod cogit oportet; meo regi militare volebam, sed me non recepit, nisi pro meo, vado ad eum qui me recipiet, qui paratior est ad dare, quam ad accipere.' Rex Anglorum Ricardus venienti ad eum Henrico comiti Campaniæ dedit quatuor millia modios tritici, quatuor millia bacones, et quatuor millia libras argenti. Totus igitur exercitus alienigenarum, qui ex omni natione, quæ sub cœlo est, nominis Christiani, jam pridem et ante regum adventum convenerat ad obsidionem, ad tantæ famam donationis Ricardum regem in ducem recepit et dominum; soli, qui dominum suum secuti fuerant, Franci resederunt cum suo paupere rege Francorum.

His exploits.

§ 64. Rex Anglorum, moræ nescius, tertia die sui adventus in obsidionem fecit exstrui et erigi castellum suum ligneum, quod in Sicilia factum

---

[4] *Venit ad Accaronis obsidionem.*] Richard reached Acres upon 8 June; Philip had arrived upon 20 April.

'Mate Grifun' nominaverat; et ante lucanum diei quartæ stetit machina juxta muros Accaronis, quæ sua proceritate sub se positam despiciebat civitatem; erantque desuper sagittarii jam orto sole sine cessatione in Turcos et Thracos mittentes missilia. Petrariæ etiam per competentia loca locatæ crebris jactibus mœnia diruebant. His graviores viri talponarii sub terra viam sibi aperientes, murorum fundamenta subfodiebant; sed et, scalis appositis, per propugnacula scutarii ingressum securabantur. Discurrebat rex ipse per cuneos, hos instruens, hos arguens, hos instimulans, et sic aderat ubique per singulos, ut sibi singulariter deberet ascribi quicquid singuli faciebant. Rex Francorum etiam ipse non segniter egit, qui et apud turrem urbis, quæ Maledicta dicitur, suum qualem potuit fecit assultum. A.D. 1191.

§ 65. Præerant tunc temporis obsessæ civitati viri illustres, Carracois et Mestocus, post Saladinum principes gentilium potentissimi, qui post certamen dierum plurium, cum per interpretes deditionem urbis promitterent, et capitum redemtionem, rex Anglorum volebat viribus vincere desperatos, volebat et victos pro redemtione corporum capita solvere; sed, agente rege Francorum, indulta est eis tantum vita cum indemnitate membrorum, si, post deditionem civitatis et dationem omnium, quæ possidebant, Crux Dominica redderetur.

§ 66. Erant omnes in Accarone gentiles pugnatores lectissimi, et erant numero novem millia. Quorum plurimi plurimos aureos deglutientes de ventre faciebant marsupium, quia præscierant quod quicquid apud quemlibet cujuslibet pretii foret sibi offensum, sibi si reniteretur in crucem, et Acres taken.

---

11 *Securabantur.*] Scrutabantur, *P.* | 17 *Fecit.*] Faciebat, *P.*

A.D. 1191. victoribus cederet in rapinam. Egressi igitur universi coram regibus penitus inermes et extra civitatem sine pecunia traduntur in custodias; et reges cum signis triumphalibus urbem ingressi, totam sibi et suis dimidio partiti sunt cum supellectili, solam sedem pontificalem ex communi dono suus recepit episcopus. Captivis insuper dimidiatis, Mestochus in sortem regis Anglorum sorte devectus est, et Carracois, ut aquæ stilla frigidæ, cecidit in os æstuans sitientis Philippi regis Francorum.

Richard offends the duke of Austria,

§ 67. Dux Austriæ, et ipse unus ex veteribus obsessoribus Accaronis, regem Anglorum secutus a pari in suæ sortis possessionem; quia, prælato coram se vexillo, visus fuit sibi partem vindicare triumphi; et, si non de præcepto, de voluntate tamen, regis offensi, dejectum est vexillum ducis in cœnum, et in ejus contumeliam a derisoribus conculcatum. Dux, in regem licet atrociter ardens, quia vindicare non potuit, dissimulavit injuriam; et regressus in suæ locum obsidionis in refixam se recepit ea nocte papilionem, et post quam citissime potuit plenus rancoris renavigavit ad propria.

beheads his prisoners,

§ 68. Missis ex parte captivorum ad Salahadinum nunciis pro sui redemtione, cum in redhibitionem sanctæ Crucis nulla posset ethnicus supplicatione deflecti, rex Anglorum, uno tantum Mestoco, quia fuit illustris, ad vitam vendito, omnes suos decapitavit, et erga ipsum Salahadinum se idem voluntatis habere sine palpatione renunciavit.

jealousy between him and Philip.

§ 69. Marchasius quidam de Monte Ferrato, vir leviannigena ab anteactis jam annis occupatam Tyrum possederat, cui rex Francorum omnes suos captivos vivos vendidit, et nondum partæ regionis diadema promisit; sed in hoc casu re-

stitit ei rex Anglorum in faciem. 'Non decet,' inquit, 'tui nominis hominem nondum parta largiri vel promittere, sed et si tuæ peregrinationis Christus in causa est, cum regionis hujus caput urbium de manu hostili, Hierosolymam, novissime tuleris, Widoni Hierosolymorum regi legitimo regnum sine dilatione seu conditione restitues. Ceterum, si recorderis, Accaronem non obtinuisti sine participe; unde nec quod duarum est debet manus una partiri. Ho, hoh, pro gutture Dei!' Marchisius, felicis spei vacuus, Tyrum revertitur, et rex Francorum, qui per marchisium contra invidiosum suum se geminare gestierat decrevit in dies, et id ei accessit ad juge cauterium conscientiæ, quod et lixa regis Anglorum splendidius viveret, quam pincerna Francorum. Post dies aliquot confictæ sunt in cubiculo regis Francorum literæ, quibus, velut a magnatibus suis ex Francia missis, rex revocaretur in Franciam. Causa supponitur, quæ plus debeat quam justa videri; unigenitum suum post diutinam valitudinem jam desperatum a medicis, Franciam desolandam si, perdito pignore, pater (quod contigere poterat) periret in terra aliena. Habito igitur super his inter reges crebro colloquio, cum esset uterque magnus et non possent habitare communiter, Abraham remanente, recessit ab eo Loth. Præstitit etiam rex Francorum per primates suos regi Anglorum juratoriam cautionem pro sibi et suis qualibet indemnitate servanda, donec in regnum suum reverteretur in pace. A.D. 1191.

§ 70. Concessa est ipsa die et instituta communia Londoniensium, in qua universi regni magnates et ipsi etiam ipsius provinciæ episcopi jurare coguntur. Nunc primum in indulta sibi conjuratione regno regem deesse cognovit Londonia, quam nec rex ipse Ricardus, nec præde- Meeting at London.

A.D. 1191. cessor et pater ejus Henricus, pro mille millibus marcis argenti fieri permisisset. Quanta quippe mala ex conjuratione proveniant ex ipsa poterit diffinitione perpendi, quæ talis est,—Communia est tumor plebis, timor regni, tepor sacerdotii.

Affairs of Palestine.

§ 71. Rex Francorum cum paucis repatrians ab Accarone robur sui exercitus ad nihil agendum reliquit in loco, cui duces dedit Belvacensem episcopum et ducem Burgundiæ. Rex Anglorum, vocatis ad se Francorum ducibus, in primis ipsam Hierosolymam statuit communiter expetendam; sed dissuasio Francorum corda utriusque infregit et infrigidavit exercitus, et regem milite destitutum a proposita metropolis pervasione retinuit. Rex ad ista turbatus, sed non desperatus, jam ab illo die suum a Francis secrevit exercitum, et ad expugnanda castra circa maris oram brachia porrigens, quicquid sibi munitionis obstitit a Tyro usque ad Ascalonem, post dira bella et alta vulnera tamen, obtinuit. Tyrum vero, quia de suæ partis parto non erat, non est dignatus adire.

ANNO DOMINI MC.XCII.

A.D. 1192.

Miscellaneous transactions.

§ 72. Philippus rex Francorum, relicto sodali suo Ricardo rege Anglorum in terra Hierosolymitana inter inimicos crucis Christi, nec copia sanctæ Crucis habita nec Sepulcri, reversus est in Franciam. Godefridus Wintoniensis episcopus restituit ecclesiæ suæ magnam partem thesauri, quam, ut præmissum est, appunctuaverat, quinto kalendas Februarii. [28 Jan.] Festivitas Puri-

27 *Reversus est.*] Philip left Richard 31 July, 1191, and arrived in France in the ensuing December.

A.D. 1192.

ficationis beatæ Mariæ celebrata est in ipsa Dominica Septuagesimæ [1 Feb.] apud Wintoniam. Dominica vero nihil dominicum habuit præter memoriam ad Vesperas et Matutinas et missam matutinalem. Una plena hidata terræ apud mansam, quæ dicitur Morstede, de villanagio de Ciltecumba, tradita est cuidam civi Wintoniæ, nomine Pentecuste, tenenda viginti annis pro annuo et libero servitio viginti solidorum sine conventus conniventia.

§ 73. Regina Alienor de Neustria transfretavit in Angliam, et applicuit apud Portesmue tertio idus Februarii. [11 Feb.] Cancellarius adiit regem Francorum, et de sublatis sibi in Flandria facultatibus querelam deposuit coram ipso, sed nihil ibi amplius habuit, quam quod ridiculos homines facit.

Proceedings in France.

Rex Francorum totis diebus et noctibus fabricari fecit omne genus armorum per universum regnum suum, et civitates et castra munivit, ut putabatur, in præparationem pugnæ adversus regem Anglorum, si de peregrinatione reverteretur. Quibus in terris Anglorum regis cognitis, constabularii ejus in Normannia, et Cenomannia, et Andegavia, et Turonia, et Biturica, et Pictavia, et Vasconia, etiam ipsi quicquid locorum muniri poterat, omnibus modis munierunt. Sed et filius regis Navarorum in irritationem Francorum provinciam circa Tolosam depopulatus est. Quidam præpositus regis Francorum, volens major fieri patribus suis, in confinio Neustriæ et Franciæ, ubi nunquam munitio fuerat, castellum exstruxit; quod, mox dum ædificabatur, Normanni in impetu naturalis furoris sui a funda-

---

5 *Una . . . conniventia.*] This passage is found only in the Cambridge manuscript.

A.D. 1192.

mentis eruerunt, et ipsum præfectum frustatim laniaverunt.

Queen Elianor interests herself in favour of the inhabitants of Ely.

§ 74. Matrona merito memoranda multotiens regina Alienor, appendentia quædam suæ doti tuguria infra Eliensem diocesim visitavit. Cui venerunt obviam ex omnibus vicis et villulis, quacunque transibat, viri cum mulieribus et parvulis non omnes extremæ conditionis, populus lacrimans et lacrimabilis, nudi pedes, illoti vestes, inculti capillos. Loquuntur lacrimis, quibus præ dolore verba defecerant, nec erat opus interprete, cum plus quam volebant dicere patenti pagina legeretur. Humana corpora passim per agros inhumata jacebant, quia sustulerat eis suus episcopus sepulturam. Regina tantæ causam severitatis intelligens, ut erat multum misericors, virorum in mortuis miserata miseriam, mox relinquens propria et aliena negotia curans, ivit Londoniam, egit, imo exegit, ab archiepiscopo Rothomagensi, ut confiscata episcopi prædia episcopo redderentur, et idem episcopus nomine cancellariæ per provinciam Rothomagensem a denunciata in eum clamaretur excommunicatione solutus. Et quis esset tam ferus aut ferreus, quem in sua vota femina illa non flecteret? Nunciavit etiam nihil oblita in Neustriam domino Eliensi impetratam sibi suæ reipublicæ et familiaris restitutionem in Anglia, et coegit eum, quam in fiscarios tulerat, sententiam revocare. Quievit itaque inter inquietos, mediante regina, manifesta vexatio, sed, nisi utriusque cor creperet, ex veteri contractus odio mentis habitus mutari non potuit.

John, when about to embark for Normandy,

§ 75. Comes Johannes, missis nunciis ad Portum Hamonis, mandavit præsto parari sibi navigium, ut putabatur, ad regem Francorum defec-

---

[35] *Defecturus.*] Philip offered his sister Alice to John in marriage, with whom he promised to bestow Normandy and all the

turus; sed regina, mater ejus, metuens ne levis animi adolescens consiliis Francorum aliquid molitum iret in dominum suum et fratrem, anxia mente pertractat qua posset arte filii propositum impedire. Movebat nimirum et mordebat materna viscera in mentem reducta priorum filiorum conditio, et immaturus, peccatis exigentibus, utriusque decessus. Volebat vim satisfacere, ut saltem inter novissimos liberorum fide servata, felicius mater in fata concederet, quam patrem illorum contigit præcessisse. Convocatis itaque universis majoribus regni, primo apud Windelesoram, secundo apud Oxoniam, tertio apud Londonias, quarto apud Wintoniam, vix propriis lacrimis et magnatum precibus potuit obtinere, ut non transfretaret ad tempus. Comes igitur propositæ profectionis frustratus effectu, fecit istac quod potuit, et a constabulariis regis de Windlesora et Walingford, ad se secreto vocatis, castella suscepit, et recepta suis juratis sibi custodienda delegavit. A.D. 1192. is prevented by his mother.

§ 76. Mandato Rothomagensis archiepiscopi convenerunt columnæ ecclesiæ, legum librarii, apud Londonias, inter regni negotia, ut sæpius, de aliquo aut de nihilo locuturi. Omnium erat una voluntas convenire comitem Johannem de præsumtione castellorum; sed, quia se singuli sibi invicem non credebant, quisquis sibi, quia alterum metuens, vicario potius quam proprio volebat ore proferri quæstionem. Ad hoc igitur omnibus et hoc animo verba ventilantibus, Æacus unus abest, ad quem simul universi convenerant conveniendum; sed et dum inter agendum de olim Cancellario casualiter tractaretur, ecce! iterum Crispinus adest. Ingrediuntur auditorium nuncii Council held at London,

---

English possessions in France; an offer which John was willing to accept, but was prevented by Queen Elianor and Walter, archbishop of Rouen.

[5] *Impedire.*] Præpedire, *P.*

A.D. 1192. Cancellarii, jam iterum legati, salutantes reginam, quæ præsens aderat, et reliquos universos, quos simul forte offenderant, ex parte domini sui in Angliam pridie apud Dovram appulsi feliciter. Ipsum fore ministerium legationis suæ exsecuturum novissima mandatorum clausa exclusit. Diu conticuere omnes, intentique ora tenebant nimis attoniti. Tandem in vota venit omnium, ut ipsum suppliciter advocarent in dictatorem et dominum, quem judicare venerant ut perjurum et transgressorem in Dominum. Ad comitem itaque tunc morantem apud Walingeford et ridentem illorum conventicula mittuntur multi ex magnatibus et multocies, quorum fuit unus Echion. Humiliter et sine ruga rogant ut festinet occursare capro. 'Domine,' inquiunt, 'cornu fert ille, caveto!'

at which, by the influence of Earl John,

§ 77. Comes non multum motus diu se reverenter rogari sustinuit, tandemque delato sibi satiatus honore, cum novissimis precatoribus, quos plus dilexerat, venit Londonias; respondere ad omne quare, si quæri contigerit, sufficienter instructus. Assurgit et blanditur curia venienti, ætatis et ordinis ordine non servato, dum quisque, qui prius potest, prior occurrit et se cupit ante videri, volens placere principi, quia principibus placuisse juris non ultima laus est. Consedere duces. De castris nulla fit mentio; de Cancellario tota fuit querela et consultatio. Si comes consulat, omnes eum proscribere sunt parati. Comitem in consensum modis omnibus emollire satagunt, at illis dextra jacebat bellua. Comes respondere rogatus breviter infit, 'Cancellarius iste nullius vestrum, nec simul omnium, minas metuet nec mendicabit amorem, si me saltem solum mereatur habere propitium. Septingentas libras argenti mihi daturus est infra septimam diem, si

inter vos et illum me non immersero. Vos videtis quod denariis egeam. Sapientibus satis dictum est.' Dixerat, et secessit, relicta in medio suæ propositionis conclusione. Arctavit in arcto posita curia consilium, sanum videtur singulis palpare virum plus quam pollicitis, dare placet vel commodare pecuniam, sed non de proprio, tandemque totum ergo cadit in absentis ærarium. Creduntur comiti de fisco per fiscarios quingentæ libræ argenti sterlingorum, et recipiuntur ad placitum literæ in Cancellarium. Nec dilatio; scribit regina, scribit clerus, scribit populus; omnes unanimiter mandant Cancellario pro salute, ut saltum faciat, ut sine mora mare transeat, nisi pruriat audire rumores, nisi velit convivari scutariis.

A.D. 1192. the Chancellor is fined.

§ 78. Cancellarius ad mandatorum inclementiam hæsit exsanguis, et sic palluit ut nudis qui pressit calcibus anguem. Recedens vero hoc solum virile respondisse refertur, 'Noverint omnes qui me persequuntur, quantum videbunt quem pupugerunt. Non omni, ut æstimant, sum destitutus consilio. Est mihi purgatam crebro qui personat aurem scriptis veracibus. "Quamdiu peregrinus sum," inquit, "patienter porta, quæ pateris. Omnis terra forti patria est, experto crede durato, et rebus animum servato secundis. Mecum tibi grata superveniet, quæ non sperabitur hora. Insperatus adveniam et triumphabo de hostibus meis, et rursus in interdicto tibi, et modo mihi non parenti, regno meo, mea te faciet victoria civem; forsan et hoc olim meminisse juvabit."'

His reflections.

§ 79. Quia Wintonia non debuit debita sibi mercede privari pro servata, ut in capite Libri præpositum est, pace Judæis, Wintonienses Judæi civitatis suæ (Judaico more) studentes honori, etsi factum forte defuerit, plurimis facti

Story of a boy killed by the Jews of Winchester.

A.D. 1192. indiciis celebrem sibi famam de martyrizato a se in Wintonia puero confecerunt. Casus erat hujusmodi. Puerum quemdam Christianum, artis sutoriæ sciolum, Judæus quidam in familiare familiæ suæ consciverat ministerium. Non ibi continuum residebat ad opus, nec magnum aliquid semel sinebatur explere, ne provisam sibi cædem probaret cohabitatio; et ut, pro modico labore melius ibi quam pro multo alibi remuneratus, domum dæmonis, donis ejus et dolis illectus, libentius frequentaret. Fuerat autem Francus genere, pupillus et orphanus, abjectæ conditionis et paupertatis extremæ. Has hujusmodi miserias in Francia male miseratus quidam Judæus Francigena crebris ei monitis persuasit, ut Angliam peteret, terram lacte et melle manantem; Anglos liberales prædicavit et dapsiles; ibi nullum, qui niteretur ad probitatem, pauperem moriturum. Puer promtulus, ut naturaliter Francorum est, ad velle quicquid volueris, assumto secum comite quodam coætaneo suo et compatriota, ad peregrine proficiscendum præcinctus est; nihil in manibus habens præter baculum, nihil in sytarchia præter subulam.

§ 80. Valedixit Judæo suo; cui Judæus, 'Vade,' ait, 'viriliter. Deus patrum meorum deducat te sicut desidero.' Et, impositis manibus super caput ejus, ac si esset hircus emissarius, post stridores quosdam gutturis et tacitas imprecationes, jam de præda securus, adjecit, 'Forti animo esto, obliviscere populum tuum et terram tuam, quia omnis terra forti patria est, ut piscibus æquor, ut volucri vacuo quicquid in orbe patet. Angliam ingressus si Londonias veneris, celeriter pertransibis; multum enim mihi displicet illa polis. Omne hominum genus in illam confluit ex omni natione, quæ sub cœlo est; omnis gens

Character of London,

sua vitia et suos mores urbi intulit. Nemo in ea sine crimine vivit; non omnis in ea vicus non abundat tristibus obscenis; eo ibi quisquis melior est, quo fuerit major in scelere; non ignoro quem instruo. Habes supra tuam ætatem fervorem ingenii, frigiditatem memoriæ, ex utrinque contrariis, temperantiam rationis. Nihil de te mihi metuo, nisi cum male viventibus commoreris; ex convictu enim mores formantur. Esto, esto. Londonias venies. Ecce! prædico tibi, quicquid in singulis, quicquid in universis, partibus mundi mali vel malitiæ est, in una illa civitate reperies. Lenonum choros non adeas, ganearum gregibus non immiscearis; vita thalum et tesseram, theatrum et tabernam. Plures ibi quam in tota Gallia thrasones offendes, gnathonum autem infinitus est numerus. Histriones, scurræ, glabriones, garamantes, palpones, pusiones, molles, mascularii, ambubaiæ, pharmacopolæ, crissariæ, phitonissæ, vultuariæ, noctivagæ, magi, mimi, mendici, balathrones, hoc genus omne totas replevere domos. Ergo, si nolueris habitare cum turpibus, non habitabis Londoniis. Non loquor in literatos vel religiosos, sive Judæos; quamvis et ex ipsa cohabitatione malorum, minus eos ibi quam alibi crediderim esse perfectos. A.D. 1192.

§ 81. 'Nec eo pergit oratio, ut in nullam te recipias civitatem, cum meo consilio nusquam tibi sit nisi in urbe manendum, refert tamen in qua. Si igitur circa Cantuariam appuleris, iter habebis perdere; si vel per eam transieris. Tota est illa perditorum collectio ad suum nescio quem nuper deificatum, qui fuerat Cantuariæ archipresbyter, quod passim præ inopia panis et ocio per plateas moriuntur ad solem. Rovecestria et Cicestria viculi sunt, et cur civitates dici debeant præter sedes flaminum nihil obtendunt. Oxonia vix Canterbury, Rochester, Chichester, Oxford,

A.D. 1192. Exeter, Bath, Worcester, Chester, Hereford, York, Ely, Durham, Norwich, Lincoln, Bristol, Cornwall, Winchester.

suos clericos, non dico satiat, sed sustentat. Exonia eodem farre reficit homines et jumenta. Bathonia, in imis vallium in crasso nimis aere et vapore sulphureo posita, imo deposita, est ad portas inferi. Sed nec in arctois sedem tibi legeris urbibus, Wigornia, Cestria, Herefordia, propter Walenses vitæ prodigos. Eboracum Scottis abundat, fœdis et infidis hominibus vel homuncionibus. Eliensis pagus perpetuo putidus est pro circumfusis paludibus. In Dunelmo, Northwico, sive Lincolnia, perpaucos de potentibus de tua conditione, nullum penitus audies Romane loquentem. Apud Bristollum nemo est qui non sit vel fuerit saponarius, et omnis Francus saponarios amat ut stercorarios. Post urbes, omne forum, villa, vel oppidum, incolas habet rudes et rusticos. Omni insuper tempore pro talibus Cornubienses habeto, quales in Francia nosti nostros Flandrenses haberi. Ceterum regio ipsa generaliter in rore cœli et in pinguedine terræ tota beatissima est; in singulis etiam locis aliqui boni sunt, set multo minus in omnibus quam in una Wintonia.

§ 82. ‘ Hæc est in partibus illis Judæorum Hierosolyma, in hac sola perpetua pace fruuntur, hæc est schola bene vivere et valere volentium. Hic fiunt homines, hic satis est panis et vini pro nihilo. Sunt in ea tantæ monachi misericordiæ et mansuetudinis, clerus consilii et libertatis, cives civilitatis et fidei, feminæ pulchritudinis et pudicitiæ, quod parum me retinet quin ego vadam illuc cum talibus Christianis fieri Christianus. Ad istam te dirigo civitatem, urbem urbium, matrem omnium, et omnibus meliorem. Unum est vitium et illud solum, cui de consuetudine nimis indulget. Salva pace literatorum dixerim et Judæorum, Wentani mentiuntur ut vigiles, sed in fabulis fa-

ciendis. Nusquam enim sub cœlo de tam facili A.D. 1192. tot rumores falsi fabricantur, ut ibi; alias, per omnia sunt veraces. Multa haberem adhuc et de meis negotiis tibi dicere, sed ne forte non capias, vel obliviscaris, literulas has familiaris mei Judæi manibus inseres, credo quia et ab illo aliquando remuneraberis.' Scripta brevis erat Hebraica. Judæus peroraverat, et puer omnia interpretatus in bonum pervenit Wintoniam.

§ 83. Subula sibi sicut et sodali suo satisfecit ad victum, et male parta per literas Judæi sæva suavitas et blæsa benignitas ad solatium. Ubicumque diebus pauperculi operarentur ab invicem, vel comederent, singulis noctibus in uno unius vetulæ veteri tugurio in uno lectulo quiescebant. Dies succedunt diebus, menses mensibus; et hujusmodi pueri nostri, quem tam curiose hucusque diduximus, adesse per abesse festinant tempora. Crucis adoratæ dies advenerat, et puer ipso die apud Judæum suum operans, quocumque modo de medio factus, non comparuit. Erat quippe proximum pascha, dies festus Judæorum. Socius illius vespere non revertentis ad cubiculum miratus absentiam, plurimis ipsa nocte terretur insomniis. Quæsitum diebus aliquot per omnes urbis angulos cum non invenisset, convenit Judæum simpliciter, si suum quoquam misisset nutritium; quem cum præter solitum de tam benigno pridie vehementer sensisset acerbum, verborum et vultus varietate notata, incanduit illico, et, ut erat vocis acutæ et mirabilis eloquentiæ, statim prorupit in jurgia, magnis eum de subla-

---

21 *De medio factus.*] Many Jews were about this time accused of similar crimes, and the odium thus incurred afforded a convenient opportunity for persecuting and plundering that nation. See Mabill. Ann. Bened. lxxviii. 99, Acta Sanctor. Mar. iii. 588, 591.

A.D. 1192. tione socii sui clamoribus urgens. 'Tu,' inquit, 'fili sordidæ meretricis, tu latro, tu traditor, tu diabole, tu crucifixisti socium meum. Hei mihi! modo quare non habeo vires hominis! Ego te manibus meis dilaniarem.' Audiuntur in platea clamores vociferantis in æde, concurrunt undique Judæi et Christiani. Puerulus instat, et jam pro turba constantior, interpellatis præsentibus, cœpit allegare pro socio. 'O vos,' ait, 'viri qui convenistis, videte si est dolor sicut dolor meus. Iste Judæus diabolus est, iste cor meum de ventre meo rapuit, iste unicum sodalem meum jugulavit, præsumo etiam quod manducavit. Filius quidam diaboli, Judæus, Francigena, nec intelligo, nec experior, Judæus ille dedit sodali meo literas mortis suæ ad hominem istum. Ad hanc urbem venit inductus, imo seductus. Judæo huic sæpe servivit, et in domo ejus novissime visus est.' Non defuit ei testis ad aliqua, quantum et femina Christiana, quæ, contra Canones, in eadem domo nutrierat Judæulos. Constanter jurabat se vidisse puerum in penum Judæi descendere sine regressu. Judæus inficiatur, res refertur ad judices. Deficiunt accusatores; puer quia infra ætatem erat, femina quia infamem eam fecerat Judæorum ministerium. Judæus obtulit purgationem conscientiæ propter infamiam. Judicibus aurea placuit. Dedit Phinees et placavit, et cessavit quassatio.

The bishop of Chester persecutes the monks of Coventry.

§ 84. Cestrensis episcopus, qui, ex odio religionis, de Coventria monachos ejecerat, e fundamentis evertit quidquid officinarum fuerat in cœnobio, ut ex alterata loci facie omnis apud posteros præteritorum memoria tolleretur. Sed et ne ruina maceriarum suum quandoque loqueretur auctorem, de præsto inventa est et sine pretio parta materia in ecclesia loci, quæ perfecta

A.D. 1192.

non fuerat, cœpit ædificare. Latomis etiam et cementariis de monasterii suppellectili stipendia instituit. Duo præcipua monachorum maneria selegit in usus proprios, hoc ad abutendum eis ordine constituto, ut ubicumque comederet, speciale aliquid de prædictorum maneriorum pretio comparatum sibi præsentaretur ad esum, gloriaturo de victoria, ac si de monachorum, quos vicio vicerat, visceribus vesceretur. Reliquos vero eorum omnes redditus partitus est in præbendas, quarum quasdam Romanæ perpetuo adtitulatas ecclesiæ dedit appropriatas quibusdam Cardinalibus Sedis Apostolicæ, designans eos et eorum in eosdem titulos canonicos successores, ecclesiæ Coventrensis esse canonicos, ut si qua forte de transactis coram Summo Pontifice fieret retractatio, Curiam totam in suæ partis defensionem faceret proniorem; alias præbendas aliis contulit, sed nullam ulli, quem pro certo non noverat nullius religionis esse cultorem. Ædificaverat certatim etiam absentes canonici circa ecclesiam ampla et excelsa diversoria, ad usus forte proprios, si vel semel in vita locum visitandi causam casus offerret. Nullus ibi ex præbendariis, sicut nec alibi faciunt, religiose resedit, sed pauperibus vicariis ad insultandum Deo modica mercede conductis, pro foribus palatiorum facientes magnalia, sanctum eis chorum victosque Penates et nudos ecclesiæ parietes crediderunt.

§ 85. Hæc est vere vera religio, hanc omnis imitari et æmulari deberet ecclesia. Canonico seculari ab ecclesia sua, quamdiu libuerit, licebit abesse, et patrimonium Christi ubi, et quando, et in quascumque voluerit voluptates absumere. Id tantum provideant, ut audiatur vociferatio frequens in domo Domini. Si ad fores talium pulsaverit advena, si pauper clamaverit, respon-

A.D. 1192. debit qui pro foribus habitat, (et ipse satis pauper vicarius,) 'Transite, et alibi alimoniam quærite, quia dominus domus domi non est.' Hæc est illa gloriosa clericorum religio, cujus gratia Cestrensis episcopus monachos suos de Coventreia expulit, primus hominum tantum nefas ausus admittere. Causa clericorum irregulariter regularium, scilicet, canonicorum, ad placitum monachos eliminavit; monachos, qui non vicario, sed ore proprio laudabant Dominum, qui habitabant et ambulabant in domo Domini cum consensu omnibus diebus vitæ suæ, qui præter victum et vestitum nihil terrenum noverant, quorum panis semper præsto fuit pauperi, quorum porta cuilibet viatori quolibet tempore patuit: nec tamen taliter placuerunt episcopo, qui nunquam dilexit monachos vel monachatum. Homo dicacitatis amaræ, qui et si aliquando alicui parceret, nunquam monachos mordere quievit. O offa solida et insorbibilis monachus! multa millia maledicorum bolus iste strangulavit, fuitque male morientibus pro viatico. Si quoties mordetur et roditur monachus absorberetur, ante plurima secula tota fuisset absorpta religio. Omni tempore et loco, sive serio sive joco loqueretur episcopus, aliqua pars orationis ejus erat monachus. Nec eum monachorum suorum saturavit ejectio; sed semper sibi similis postea, sicut prius, monachum masticabat. Sed qui de monachis non loqui non potuit, ne notam detrectoris incurreret, si in absentia monachorum carperet monachatum, instituit monachum aliquem in curia sua secum habere manentem, ut, præsente monacho et audiente, jucundior de monachis fieret fabulatio. Assumsit itaque in quasi capellanum quendam monachum vix adultum, professum tamen apud Burtunam, quem et ad ludibrium religionis circumduxit

multo tempore. Dolor nimius! Etiam in angelis Dei reperitur iniquitas. Monachus sciens et prudens deductus ad delusionem, frontem suam frontem fecit meretricis, ut monachos carpi monachus non erubesceret. Heu, quanta vagandi et equitandi libido. Audite me et exspectate paulisper; videbitis qualiter equitatoris hujus desierit equitatio. Die quadam apud Coventreiam episcopo super operarios suos stante, suus monachus sibi collateratus hærebat. In quem episcopus familiariter innixus, 'Nonne,' inquit, 'mi monache, tuo etiam judicio decet et expedit, ut tantæ tantus decor ecclesiæ, tam decens ædificium, deorum sit potius quam dæmoniorum?' Hæsitanti monacho in obscuritate verborum, adjecit, 'Ego,' ait, 'clericos meos deos nomino, monachos dæmonia.' Moxque manus dexteræ digito in astantes sibi clericos extento, infit, 'Ego dico, dii estis, et filii Excelsi omnes.' Rursumque reversus in lævam, ad monachum intulit, 'Vos autem, monachi, sicut dæmones moriemini, et sicut unus et primus de principibus vestris in infernum cadetis, quia vivi diaboli estis. Certe, si me contingeret pro mortuo monacho celebrare, quod valde invitus facerem, ego corpus ejus et animam non Deo, sed diabolo, commendarem.' Monachus, qui in loco monachis ablato monachorum contumeliam non refellit, quia in tali casu siluit, perpetuum sibi meruit imponi silentium. Repente enim lapis lapsus de fastigio ecclesiæ monachum adhærentem episcopo excerebravit, episcopo ad majus judicium incolume reservato. A.D. 1192.

§ 86. Rex Anglorum Ricardus in conquirendo regionem circa Hierosolymam jam complevit biennium, ita quod de nulla terrarum suarum quicquam se juvaminis fuerat obsecutum. Nec

Richard's exploits in Palestine.

A.D. 1192.

ipse frater ejus unicus et uterinus Johannes comes Moretonii, nec Justiciarii ejus, nec magnates reliqui, quicquam visi sunt de transmittendis illi suis redditibus; sed neque de reditu illius cogitare. Oratio tamen fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo.

Condition of his army.

Minuebatur in dies in Terra Promissionis regis exercitus, et præter mulctatos gladio, multa millia per menses singulos ex nocturni frigoris et diurni fervoris intemperantia nimis proxima moriebantur in populo. Ut videbatur, moriendum ibi fuit omnibus, eligeretur a quolibet utrum imbellis, an moriretur in bello. Ex adverso, gentilium robur vehementer invaluit, quibus ex casu Christianorum crevit audacia, quorum certis vicibus recenti milite reficiebatur exercitus, quibus erat aer natura, locus patria, labor sanitas, parcitas medicina. In Neustriis, e diverso, fiebat adversum, quod adversariis ferebat emolumentum. Si quippe nostri vel semel in septimana parcius viverent, septem septimanis postea minus validi redderentur. Epulabatur gens ex Francis et Anglis promiscua quantocumque constaret pretium dum durabat quotidie splendide, et (salva Francorum reverentia) usque ad nauseam; Anglorumque memorabili more servato perenniter, sub ipsis etiam lituis et clangore tubæ vel buccinæ debita devotione inhiabat calicibus effæcandis. Mercatores provinciæ, qui castris invehebant victualia, mirabantur ex miraculi dissuetudine, et credere quod videbant verum esse vix poterant, dum populus unus, et is parvus numero, triplum panis absumeret et vini centuplum ad id unde sustentabantur plures gentilium populi, et quilibet innumerabilis. Et facta est merito super emeritos manus Domini. Tantam ingluviem tanta sequebatur inedia, ut vix dentes digitis

A.D. 1192.

parcerent, dum manus minus solito ad insumendum faucibus offerebant. His calamitatibus et aliis, quæ graves et multæ fuerant, multo gravior accessit regis adversitas.

Richard's illness.

§ 87. Rex lecto nimis æger excipitur; typhus erat continuus; medici majorem hemitritæum mussitabant. Quibus et primo desperantibus, diffusa est de domo regis in castra dira desperatio. Rarus erat in multis millibus, qui non meditaretur diffugium, secutaque fuisset dispersionis aut deditionis suprema confusio, nisi Hubertus Walteri episcopus Sarisburiensis Concilium citius coegisset. Obtentum est allegationibus validis, ut non dilaberetur exercitus, donec a Salahadino postularentur induciæ. Omnes armati starent in acie solidius solito, et minaci vultu tegentes mentis ignaviam prœliandi mentirentur affectum. Nemo de regis loqueretur incommodo, ne tanti doloris arcanum dilaberetur ad hostes; sciebatur enim certissime quod Salahadinus universi minus exercitus quam solius regis metuebat occursum; quem si decubuisse cognosceret, jam de stercore boum lapidaret Francigenas, et potatores lectissimos potione pavoris exebriaret Angligenas.

Saffatin's speech in praise of Richard.

§ 88. Descendit interea ad videndum regem, ut de more solebat, quidam Saffatinus gentilis, Salahadini frater, vir militiæ veteris, multum civilis et sapiens, quem regis magnanimitas et munificentia in sui amorem et suæ favorem partis illexerant. Ministris regis solito minus hilariter illi applaudentibus, et ad regis colloquium non admittentibus, 'Ego,' inquit, 'per interpretem vos altum dolere sentio, nec causam nescio. Meus amicus, rex vester, infirmus est, et ideo mihi fores ejus clauditis.' Et totis medullis resolutus in lacrimas, 'Deus,' inquit, 'Christiano-

A.D. 1192. rum, si Deus es, talem virum tuis tam necessarium tam præpropere non patieris occumbere.' In consensum receptus et ista locutus est. 'In veritate prænuncio quod si, rebus ut nunc sunt se habentibus, vir iste decesserit, vos omnes Christiani peribitis, et tota hæc regio nostra erit in posterum sine litigio. Nunquid metuemus illum validum regem Franciæ, qui priusquam veniret in aciem victus est? cujus quicquid virium tres anni contulerant trium mensium breve tempus absumsit. Huc pro nihilo reverteretur ulterius, quoniam hoc pro vero semper habemus auspicio, ut quos in primo (non calide dico, sed naturaliter) sentimus ignavos, semper deinceps inveniamus deteriores. Sed rex iste inter omnes Christiani nominis principes, quos totius mundi teres circulus ambit, solus honore ducis et regis nomine dignus; quia bene incœpit et melius profecit et in optimo statu consummabitur, si modicum vobis duraverit.

§ 89. 'Non est de novo quod timemus Angligenas, quoniam et patrem istius talem nobis fama fecerat, ut si vel inermis nostras venisset in partes, omnes fugissemus armati, quibus nec ab eo fugari videretur inglorium. Ille timor noster, vir suo tempore singularis, occubuit; sed, more phœnicis, se millies meliorem reparavit in filio. Sed nec nos latuit, etiam genitore vivente, Ricardus iste quis fuerit; habuimus enim omnibus diebus patris ejus nostros inspectores in partibus illis, qui nobis et regis actus et filiorum suorum ortus et occasus nunciabant. Iste præ omnibus fratribus suis merito probitatis a patre dilectus, et ante fratres priores natu populis regendis prælatus est. Nec nos latuit quod dux Aquitaniæ factus tyrannos provinciæ, avis et atavis suis indomabiles, quanta virtutis celeritate protriverit,

quam metuendus et ipsi regi Franciæ et omnibus circa fines suos exstiterit terrarum rectoribus. Nullus de suo sibi , ille vero terminos suos semper dilatavit in proximos. Nec nos latuit quod duorum fratrum suorum, unum jam in regem coronatum, alterum jam Minoris Britanniæ comitem, quia se contra beatum patrem erexerant, non destitit jure Martis impetere; donec diuturnitate vexationis affectos æterna requie donavit utrumque. Omnes etiam, ut magis miremini, civitates partium vestrarum ex nomine novimus; sed et regem patriæ istius non ignoramus apud Cenomannos suorum proditione devictum, apud Chinonum mortuum, apud Fontem Ebrardi fuisse sepultum. A.D. 1192.

§ 90. 'Taceo, non ex ignorantia, quis se fecerit desideratissimæ nobis tantæ necis auctorem. O si Ricardus iste, quem quamvis diligam tamen timeo, si fuisset factus de medio, quam modicum jam metueremus, quam pro nihilo haberemus, illum novissimum filiorum, qui domi dormit in ordeo. Non est nobis incognitum quod Ricardus, qui patri magno major successit in regnum, in ipso mox coronationis suæ anno adversus nos iter arripuit. Non erat nobis ignotus, et ante profectionem suam, numerus navium ejus et militum. Scivimus, et dum res agebatur, quanta celeritate munitissimam Siciliæ civitatem Messanam ceperit expugnatam; et quamvis nullus nostrum id crederet, tamen timor noster auctus est, et falsos veris addebat fama timores.

§ 91. 'Processit virtus nescia stare loco per incircuitum regionem, et ubique virtutum reliquit

---

[3] *Sibi , ille.*] In both MSS. a blank space is left between these words.

[6] *Coronatum.*] Henry, the son of Henry the Second, who died 11 June, 1183.

[6] *Alterum.*] Geoffrey, duke of Bretagne, died 19 August, 1186.

A.D. 1192. insignia. Dubius serebatur inter nos sermo de homine, utrum solam Deo suo Terram Promissionis, an simul sibi totum mundum subjugare pararet. De captione Cypri quis digna referet? Certe, si insula Cypri Ægypto penitus esset contermina, et frater meus Salahadinus subjugasset eam infra decennium, nomen ejus inter nomina numinum numeraretur in gentibus. Ex quo autem jam in ultimo propositum novimus quicquid sibi resistebat obruere, liquefacta sunt corda nostra, sicut album gelu liquescit ad appropinquantis solis aspectum. Dicebatur quippe de eo, quod et hostes suos vivos comederet. Quod si mox ipsa adventus ejus die ad Accaronem non est apertis ultro januis receptus in civitatem, solus timor erat in causa. Non tuendæ civitatis amore, sed ex promissorum sibi tormentorum horrore et vitæ desperatione pugnabant tanto virilius quanto vecordius, hoc plus morte metuentes, hoc modis omnibus molientes ne morirentur inulti. Et hoc non ex obstinatione, sed ex nostræ fidei religione fecerunt. Credimus enim inultorum umbras errare semper, et omnis fore quietis expertes. Ecquid tamen profuit infelicibus temeritas et timiditas? victi viribus et ad deditionem timore coacti leviore quam speraverant morte mulctati sunt; et adhuc, proh pudor gentibus! usque hodie umbræ eorum erroribus aguntur inultæ. Ego juro vobis per Deum maximum, quoniam si postquam Accarone potitus est, continuo Hierosolymam duxisset exercitum, infra totos terræ Christianorum terminos nec unum reperisset ex nostris, imo dedissemus ei gazas inæstimabiles, ut non progrederetur, ut nos non persequeretur ulterius.

[9] *In ultimo.*] vel primo, *MS. Cott.* marg.

A.D. 1192.

§ 92. 'Sed, Deo gratias! oneratus fuit rege Francorum, et per eum retardatus, sicut murilegus cui malleus pendet ad caudam. Ceterum nos etiam ejus æmuli nihil in Ricardo reperimus quod possumus carpere nisi virtutem, nihil odire nisi Martis peritiam. Sed cum infirmo pugnare quæ gloria? Et si voluissem hodie mane vos omnes et illum capitalem tulisse sententiam, nunc miserendum est nobis propter vestri regis incommodum; vel pacem perpetuam cum fratre meo vobis adquiram, vel ad minus inducias bonas et diuturnas. Quousque autem revertar ad vos, nullus vestrum inde loquatur ad regem, ne si motus fuerit ægrotet gravius, quoniam tam grandis et grossi cordis est ut, etsi modo mori debeat, non consentiet in transactionem, nisi suam partem viderit meliorem.' Eloqui plura voluit, sed perorare non pertulit lingua languens et præ dolore deficiens, unde et in complosas manus capite reclinato, flevit uberius.

Truce granted by Saladin to the English.

§ 93. Episcopus Sarisburiensis et quæ aderat familiarior regis familia, secum super his habita deliberatione secretius, velut in exosas et non desideratas inducias consenserunt, quas prius quocunque mercari pretio proposuerant. Dextris igitur datis et receptis, Saffatinus, lota facie et dissimulata mœstitia, ad Salahadinum reversus est Hierosolymam; ibique, coacto coram fratre concilio, vix post diem septimum decimum validis allegationibus valuit ad dandas Christianis inducias gentilium cervicositates inflectere. Præfigitur tempus et forma subscribitur. Si Ricardo regi placeat, infra trium annorum, trium mensium, trium hebdomadarum, trium dierum et trium horarum spatium, tales inter Christianos et gentiles serventur induciæ, ut quicquid quocunque modo pars una vel altera possidet, incon-

A.D. 1192.

cusse possideat usque ad terminum; Christianis liceret ad placitum interim infortiare Accaronem tantummodo, et gentilibus Hierosolymam. Omnis contractus, commercia, quilibet actus, omnia omnibus invicem communicentur in pace. Saffatinus ipse, hujus decreti nuncius, destinatur ad Anglos.

Richard's recovery.

§ 94. Dum Ricardus rex ægrotabat apud Jafes, nunciatum est ei quod dux Burgundiæ apud Accaronem graviter ægrotaret. Dies ille fuerat regis criticus, et ex delectatione rumorum febris ejus soluta est. Elevatis autem continuo rex manibus imprecatus est, dicens, 'Deus destruat eum, quia noluit mecum inimicos fidei nostræ destruere, licet ad meos solidos jam pridem militaverit.' Die tertia dux defungitur; cujus casu cognito, episcopus Belvacensis, relicto rege cum omnibus suis, Accaronem festinus advenit; convenerunt ad eum ex omnibus oppidis omnes Francigenæ usque ad unum comitem Campaniæ Henricum, Ricardi regis ex sorore nepotem. Factus autem episcopus dux et minator eorum, edicto proposito, universos repatriare mandavit.

The French return home.

§ 95. Classis instruitur et gloriosus princeps, cum suis glabrionibus ab oriente recedens, Tyrrhenum navigat æquor. Appulsus in latus Alemanniæ per totas dietas sui itineris disseminabat in populos quod traditor ille rex Angliæ, primo adventus sui in Judæam tempore, regem Francorum dominum suum Salahadino tradere disposuerat; quod, ut Tyro potiretur, marchisium jugulari fecerat; quod ducem Burgundiæ veneno perdiderat; quod, ad ultimum, omnem Christianorum exercitum, qui sibi non parebat, in commune vendiderat. Hominem esse singulariter ferum, moribus ferreum et inamabilem, in dolis doctum, in dissimulatione doctissimum. Horum gratia, regem Francorum tam celeriter repatri-

asse; horum gratia, Francos qui residerant inconquisitam Hierosolymam deseruisse. Rumor vires ex diffusione recepit, et in unum hominem omnium hominum suscitavit invidiam. A.D. 1192.

Philip plots against Richard.

§ 96. Reversus in Franciam dominus Belvacensis regis sui secreto susurravit in aurem, quod rex Angliæ qui eum perderent sicarios in Franciam destinaverat. Rex ad ista turbatus, contra patriæ consuetudinem, custodes corporis sui lectissimos ordinavit; addidit etiam mittere ad Imperatorem Alemanniæ nuncios cum muneribus, et imperatoriam majestatem in odium regis Angliæ sollicitus inclinavit. Ex imperiali igitur mandatur edicto, ut omnes civitates et omnes imperii principes regem Anglorum, si in partes suas de Judæa forte rediens devenisset, armis exciperent, et sibi vivum vel mortuum præsentarent. Si quis ei parceret, ut publicus hostis imperii plecteretur. Paruerunt omnes Imperatoris imperio; et magis sedulus ille dux Austriæ, quem rex Angliæ apud Accaronem exauctoraverat.

Richard prevented from attacking Jerusalem.

§ 97. Henricus comes Campaniæ, solus jam ex magnatibus Francorum in Judæa relictus, ad regem Anglorum reversus est Jafeth; cui cum nunciasset et ducis Burgundiæ casum et fugam Francigenarum, spem regis ita revixit, ut mox omnem cum sudore vitifero reciperet sospitatem. Viribus etiam corporis ex magnanimitate plus quam ex quiete vel cibo resumtis, mandavit per totam maritimam a Tyro usque ad Ascalonem, ut omnes qui poterant ad bella procedere ad regis exspensas militare venirent. Convenit ad eum populus sine numero, ex quibus pars plurima pedites fuerunt; quibus, quia inutiles erant, repulsis, recensuit equites, et vix invenit milites quingenos, et scutarios, quorum domini perierant, duo

A.D. 1192. millia. Nec tamen pro paucitate diffisus mentes metuentium rethor optimus præmissa oratione refecit. Jubetur edici per cuneos ut in diem tertium acies ordinatæ sequantur regem, vel mori martyrio, vel viribus expugnare Hierosolymam. Hæc erat ejus summa consilii, quia adhuc nihil de induciis noverat. Nemo enim, quod ex metu mortis ejus, ipso nesciente, præsumtum fuerat, ex insperato valenti ausus erat insinuare. Hubertus vero Walteri, episcopus Sarisburiensis, communicato cum Henrico comite de induciis consilio, facilem habuit in optata consensum. Pariter igitur deliberantes qua possent arte sine sui periculo periculosum prœlium præpedire, unam ex mille viderunt si populus dissuaderetur ad pugnam. Et mira res accidit; ita cor pugnaturorum sine dissuasione defecit quod, die dicto cum rex suo more prævius præduxisset exercitum, non sunt inventi inter omnes milites et scutarios nisi nongenti. Ob quam defectionem rex nimis irascens, imo vesaniens, et virgam pineam, quam manu gestabat, dentibus comminuens, indignantia tandem talibus ora resolvit.

His speech. 'Deus,' inquit, 'Deus, Deus meus, quare me dereliquisti! Cui nos stulti Christiani, cui nos Angli, ab ultra orbis partes huc venimus arma portare? Nonne Deo Christianorum? Eia! quam bonus tuis es, qui jam pro tuo nomine trademur in manus gladii, partes vulpium erimus. O quam invitus ego te desererem in tam gravi necessitatis articulo, si tibi essem quod tu mihi es, Dominus et advocatus! Certe, non mihi sed tibi deinceps mea signa jacebunt; certe, non propter ignaviam militiæ meæ tu ipse, rex meus et Deus meus, hodie victus es, non regulus tuus iste Ricardus.'

§ 98. Dixerat, et consternatus nimium castra

A.D. 1192.

He sanctions the truce with Saladin.

repetiit; ad quem, ut jam competere videbatur, Hubertus episcopus et Henricus comes Campaniæ familiarius accedentes, ac si nihil fuerit præfatum, de transactione cum gentilibus necessario facienda regis animum per integumenta sollicitaverunt. Et rex ad illos, 'Quia,' inquit, 'turbatæ mentis est præcipitare potius quam dictare sententiam,—ego, qui turbatus sum animo, vobis, quos quietæ mentis video, quod expedire videritis pro bono pacis ordinare permitto.' Qui votorum compotes destinandos ad Saffatinum super his nuncios delegerunt, cum subito Saffatinus reversus de Hierosolymis nunciatur adesse; cui comes et episcopus occurrentes, et de induciis jam ab eo certificati, eum qualiter cum domino suo rege loqueretur instituunt. Saffatinus in colloquium regis admissus, ut is cui fuerat ab antea familiaris, vix invaluit ut rex seipsum non perderet, ut in inducias consentiret. Tanta quippe viro fuit vis in corpore, virtus in animo, fides in Christo, quod difficile tentari potuit quin, ut erat milite destitutus, contra mille gentiles lectissimos singulare sui corporis certamen exciperet. Qua quia non est permissus excurrere, hoc elegit diffugium, ut, post septem septimanarum inducias, salvo fœdere pactionis, in suo penderet arbitrio utrum pugnare foret satius, an quiescere. Dantur a partibus dextræ de hac ultima transactione servanda fideliter; et Saffatinus, regio munere plus honoratus quam oneratus, ad fratrem regreditur, de prætractatis cum redhibitione ad terminum reversurus.

His arrangements before leaving Palestine.

§ 99. Ricardus rex Angliæ concilium habuit in Accarone, ibique regni illius reipublicæ prudenter providens Henricum comitem Campaniæ, nepotem suum, cui prius Tyrum dederat, totius Terræ Promissionis ducem et dominum ordinavit. Regiam tantum consecrationem in forte futuram

A.D. 1192. Hierosolymæ consecrationem censuit differendam. Rex Ricardus repatriare deliberans, cum per ministerium ducis Henrici per universas suarum partium partas munitiones viros defensabiles disposuisset, solam Ascalonem, pro gentis penuria, perpendit custode carituram et habitatore. Unde et præcavens, ne refieret gentilium receptaculum, dejici fecit castri munitiones et propugnacula. Septimæ septimanæ septimus dies advenerat, et ecce, Saffatino cum plurimis Admiralibus, qui faciem viri videre gestierant, ad regem veniente, juramentis partium confirmantur induciæ; hoc ad prætaxationem addito, ut infra induciarum spatium Christianus vel Gentilis Ascalonem nullus inhabitaret, tota tamen agricultura ad urbem pertinens fidelibus remaneret. Hubertus episcopus Sarisburiensis et Henricus dux Judææ cum manu multa ascenderunt in Hierosolymam adorare in loco, ubi steterant pedes Christi. Et erat ibi videre miseria, captivi confessores nominis Christiani durum et diuturnum trahebant martyrium; per cuneos concatenati, pedes exulcerati, humeros excoriati, clunes stimulati, terga cæsi, ad inexpugnabilem faciendam contra Christianos Hierosolymam, ad manus latomorum et cementariorum materiem comportabant. Reversi a locis sanctis dux et episcopus suaserunt regi, ut et ipse ascenderet, sed adquiescere non potuit digna magni cordis indignatio, ut quod de Dei dono non poterat, de gratia Gentilium consequeretur.

INDEX.

T.

V.

W.

ERRATUM.
P. 14, l. 24, *read* Pyracmon,

THE END.

LONDON:
PRINTED BY SAMUEL BENTLEY,
Dorset Street, Fleet Street.